Theissen, De Genere Dicendi
M. Minuci Felicis

DE GENERE DICENDI M. MINUCI FELICIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE REGIA TUBINGENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

AEMILIUS THEISSEN,

RHENANUS.

COLONIAE

EX TYPOGRAPHIA SECHIANA

MDCCCLXXXIV.

DE GENERE DICENDI
M. MINUCI FELICIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE REGIA TUBINGENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

(A)EMIL(IUS) THEISSEN,

RHENANUS.

COLONIAE

EX TYPOGRAPHIA SECHIANA

MDCCCLXXXIV.

M. Minucius Felix, qui doctrinam Christianam contra convicia obtrectationesque gentilium dulci quadam lenitate animi atque gratissima orationis elegantia defendit, quo tempore vixerit et libellum, qui Octavius inscribitur, ediderit, diu sub iudice lis fuit. Quamquam enim Hieronymus in catalogo suo, quo scriptores ecclesiasticos eo quo vixerunt ordine recenset, illum Origeni proximum, Cypriano priorem fuisse obscure significat, tamen eius aetatem non indicat distincte. Quae cum ita sint, inter viros doctos nostrae aetatis alii, ut Luebkertius, qui hunc dialogum edidit et germanice reddidit, Minucium Alexandro Severo imperatore (222—235) vixisse statuerunt, (cf. Luebk. edit. Minuc. Lips. 1836 pag. 6) alii, exempli gratia Roerenus, Faber, Teuffelius illum aut extremis imperatoris Antonini Pii (138—161) aut primis imperatoris M. Aurelii Philosophi (161—180) temporibus dialogum scripsisse existimaverunt (cf. Roereni Minuciana in progr. Academiae Rhenanae Bedburgensis, Coloniae 1859 pag. 10; Faberi commentationem in progr. gymnasii Nordhus. 1872 p. 2, Teuffeli hist. litt. p. 846 Lips. 1875.) Sed recentissimo demum tempore Dessau, vir doctissimus, in »Bullettino di corrispondenza archeologica« 1880 p. 33 sq. sub Caracalla, qui inde ab anno 211 usque ad annum 217 imperium Romanum tenuit, M. Minucium Felicem floruisse acutissime ostendit.

Quamquam de Minucii origine et vita nihil paene certi traditum est, nisi quod Romae haud ignobilis inter causidicos loci fuit — hoc enim et ex Lactantio atque Hieronymo (cf. Lact. inst. 5.1, Hieronym. de vir. ill. 58) intellegitur neque hoc ipse dissimulat, cum vindemiarum feriis curam iudiciariam sibi remissam fuisse dicit (2. 3.) — atque una cum amicissimo suo Octavio fidem Christianam professus est (1.4), tamen equidem Afrum illum fuisse suspicor, et quia Cornelii Frontonis Cirtensis ita mentionem facit, ut in Africa sese versatum esse significet, (9.6) et quia id dicendi scribendique genus secutus est, quo antea Fronto, Apuleius, Gellius et postea Arnobius, Cyprianus, alii usi sunt. Nam si quid illi habent in verbis aut in

dicendi genere duri atque horridi, id certe a patria traxerunt. (cf. Carol. Sittl. librum, qui inscribitur: »Die localen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache, mit besonderer Berücksichtigung des afrikanischen Lateins«, Erlangen 1882.)

Jam his de aetate ac vita Minucii Felicis strictim praemissis transeamus ad librum ipsum ab eo conscriptum, quo primus omnium fidem Christianam a paganorum opprobriis vindicavit. Ac genus dicendi, ut Francisci Balduini verbis utar, (cf. Franc. Balduini dissert. de M. Min. Fel. Octavio in edit. Lindneriana p. 279) »argutum, acre, vehemens, est pressum, densum, nervosum, crebris sententiis compactum, omniumque antiquitatum atque historiarum memoria refertum et in quo plures sententias quam periodos numerare possis«. Luebkertius quoque elegantiam ac venustatem sermonis illius laudat in editione sua pag. 30 sq. Quam ob rem operae pretium esse iudico in genus dicendi Minucii Felicis accuratius inquirere.

Restat ut verba secundum editionem Caroli Halmii (Vindobonae 1867) scripta esse commemorem, cuius inter philologos iure magna est auctoritas, quod lectionibus ex codice Parisino excerptis plurimos locos feliciter emendavit. Quam editionem summis laudibus effert inter alios Maur. Hauptius, cuius verba haec sunt: »In emendando Minucii Felicis Octavio Carolus Halmius paratis diligenter copiis suoque ingenio tam sollerter usus est, ut iudicium eius raro videatur non probandum esse (cf. Maur. Haupt. opusc. vol. 3. pag. 389 sq.) Usenerus quoque laborem illum ab Halmio susceptum gravissimum atque utilissimum fuisse contendit in ann. Fleckeis. (vol. 99 pag. 397), ubi idem dialogi nostri argumentum paucis exposuit.

Omnem autem materiam hoc in specimine ita digessi, ut Taciteam syntaxin a Draegero conscriptam (Lips. 1874) eiusdemque grammaticam historicam secutus (Lips. 1881) singulas res adnotarem atque exemplis comprobarem. Nam ordinem a Draegero observatum, etiamsi mihi non omni ex parte placuit, tamen quo aptior ad usum esset haec commentatio, plerumque retinendum esse censui. Ceteros libros quibus maxime usus sum, suo loco laudabo. Atque rem ita instituam, ut in priore parte de rebus syntacticis, in posteriore de stilo ipso M. Minucii Felicis disputem.

Pars prior.

I.

De partibus orationis.

De substantivis. Substantiva abstracta pro concretis posita Minucio Felici cum aliis scriptoribus, praecipue cum Livio, Tacito, communia sunt (cf. Draeg. gr. h. I pag. 22. sq. et synt. T. pag. 2.) Exempla haec collegi: antiquitas i. q. antiqui 6. 3; 8. 2. coniuratio i. q. coniurati 8. 4. comitatus i. q. comites 37. 9. gentilitas i. q. gentiles 10. 4. humanitas i. q. homines 8. 2; 17. 1; 26. 11. indicia i. q. indices 33. 1. natura i. q. genitalia 9. 4. nequitia i. q. nequam homines 5. 11. philosophia i. q philosophi 5. 4. servitus i. q. servi 28. 11. Praeterea afferam: odores i. q. unguenta 12. 6. religiones i. q. dei (victis religionibus servire) 25. 5. memoriae i. q. annales 31.3; 7. 2. (Nam Fabero hoc loco adsentior, qui in »commentatione de Minucio Felice« progr. gymn. Nordhus. 1872 pag. 38 sq. hanc lectionem omissis verbis »de libris« proposuit »specta memorias.« Cum enim codex Parisinus de libris et memoria exhibeat, satis difficile est diiudicare quae lectio ex loco foedis mendis depravato eruenda sit, cum alii alia tentaverint. Recte iudicavit Wopkensius verba de libris delenda esse ut dittographiam ex proxime antecedenti delubris ortam. Neque tamen in his videtur acquiescendum esse, cum specta memoriam male dictum sit pro memineris. Omnia autem recte procedunt, si lenissima mutatione vocis memoria in memorias legamus specta memorias.)

Concreta abstractorum vice fungentia occurrunt 21. 10 optant in homine perseverare pro in humanitate 22. 7. ut in deum surgat pro in divinitatem 22. 7. ut hominem exuat pro humanitatem.

Pluralis numeri substantivorum abstractorum usus apud Minucium frequentissimus et liberrimus est, ut apud alios Africanos qui dicuntur scriptores, ut apud Tertullianum, Cyprianum, Arnobium. (cf. Draeg. gramm. hist. p. 10. sq.) Ut distributione a Draegero in synt. Tacit. pag. 1. facta utar, tempestatem significant: grandines 5.9.

imbres 18. 3. pluviae 5. 9. tonitrua 5. 9. — animi affectum: amores 1. 4. eiulatus 37. 4. libidines 9. 2. luctus 22. 1. odia 31. 8; 37. 12. planctus 22. 1. — motionem: lapsus 17. 9. transitus 17. 8. volatus 27. 1. Certis legibus distingui non possunt: auctoritates 39. 1. exitus 22. 1. dominationes 37. 7. imperia 37. 7 potestates 37. 7. dedecora 22. 5. ludibria 22. 5. valetudines 25. 8. infirmitates 36. 8. patrocinia 24. 5. strepitus 28. 9. vagitus 22. 3. caedes 25. 5. memoriae 20. 5 vanitates 1. 5. somni 27. 2 iaculationes 3. 5. commercia 20. 6. habitus 22. 5. acrimoniae 28. 9. intentiones 14. 4. incendia orationis 27. 5.

Restat ut frequenter pluralem numerum substantivorum materialium a Minucio usurpari commemorem. (cf. Draeg. h. gr. pag. 5. sq.) arenae 3. 3. cineres 11. 2 favillae 11. 2. ignes 22. 7.; 35. 3; 36. 9. ligna 9. 4. (crucis ligna) purpurae 8. 5; 31. 6. stercora 23. 4.

Singularem numerum pro plurali posuit: 2. 3. post aestivam diem 16. 5. sensus capaces pro sensuum 30. 6. viscere (at cf. 17. 9. e terrae visceribus. 30. 2. in ipsis visceribus) 19. 3. disciplinam philosophorum (die Lehren der Philosophen).

Quod ad genus substantivorum attinet, vulgus uno loco masculine usurpatur 2. 4. vulgus superstitiosus, sed 18. 11 legimus audio vulgus. (cf. Neue, Formenlehre der lat. Sprache I pag 653) dies promiscue masculine et feminine usurpatur: 2. 3. post aestivam diem, 7. 3. eadem die qua 2. 3. post unum et alterum diem. (cf. Neue l. c. pag. 681 sq.)

Jam ad copiam verborum substantivorum transeamus. Minucius abundat substantivis personalibus in tor exeuntibus, qui usus apud praestantissimos eruditae antiquitatis scriptores exiguis continetur finibus. Atque iam apud Livium verborum copiae amplificandae et augendae studium perspicimus; qua in re liberrimi fuerunt Africani scriptores. Apud Minucium notabilia sunt haec:

adfirmator 31. 2. adiutor 25. 7. amator 36. 9. corruptor 38. 5. cultor 35. 2. fabricator 19. 14. inventor 22. 1. machinator 5. 7. moderator 17. 5. rector 36. 9. repertor 20. 6; 21. 2. speculator (deus speculator omnium) 32. 9. structor 23. 5. triumphator (erroris) 40. 1. victor (mei) 40. 1. (cf. Draeg. in proem. gr. h. pag. XVIII.)

Huc cadit frequens usus abstractorum substantivorum, quae terminant in io.

accessio 24. 2. adfectio 1. 1. admixtio 19. 14. adsensio 21. 11 adsertio 38. 1. adseveratio 14. 5. adspersio 31. 1. appelatio 18. 10.

curatio 2. 3. congregatio 8. 4. concursio 5. 7. concretio 5. 8. coitio 9. 1; 31. 1. consensio 9. 1. confessio 38. 1. conflagratio 34. 4. contemplatio 1. 2. desperatio 19. 13. dubitatio 13. 3. elatio 17. 10. execratio 28. 6. formatio 16. 5. generatio 21. 11. instigatio 27. 3. indignatio 14. 1. interpretatio 19. 11. iactatio 3. 6. imprecatio. 7. 4. intentio 1. 5; 15. 2. iteratio 7. 3 iaculatio 3. 5. intercessio 9. 2. inquisitio 13. 4; 17. 2. laceratio 35. 3. libratio 17. 5. negatio 28. 4. perditio 27. 2. persuasio 9. 3; 19. 14. pollicitatio 12. 1. praedictio 34. 5. propositio 16. 2. probatio 14. 7. quaestio 28. 3. relatio 2. 3. reparatio 17. 6. responsio 13. 1; 15. 2; 16. 2; successio 21. 9. veneratio 8. 2, 26. 11.

Ex illorum substantivorum numero, quae vel propter formationem ac terminationem, vel propter notionem variatam vel propter usus raritatem sermoni cotidiano adtribuenda sunt, Herm. Roenschius in libro qui inscribitur »Itala und Vulgata, das Sprachidiom der urchristlichen Itala und der katholischen Vulgata unter Berücksichtigung der römischen Volkssprache« (Marburg. 1875 pag. 23 sq.) haec ex Minucio Felice adfert:

autumnitas 2. 3. humanitas 8. 2; 26. 11. nativitas 18. 7; 23. 12. figmentum 11. 9; 23. 8. ambitio 4. 6. loquela 2. 1. prosapia 14. 1.

Eduardus Woelfflinus ex Minucio commemorat in Philologi tom. XXXIV pag. 147 negotium, quod vocabulum variata notione idem significat quod res (14. 7) et navicula (3. 5) l. c. pag. 155.

His exemplis a Roenschio et Woelfflino allatis haec adiungam:

Substantiva abstracta in tas exeuntia: assiduitas, caecitas, claritas (claritudo 32. 8), concinnitas, fragilitas, gentilitas, hilaritas, humilitas, immanitas, infirmitas, maturitas, mediocritas, obscuritas, olivitas, perpetuitas, qualitas, siccitas, simplicitas, soliditas, universitas, urbanitas, virginitas.

Substantiva abstracta in tus desinentia: convictus, habitus, hiatus, hinnitus, intergressus, suspectus, tinnitus, vagitus, volatus.

Substantiva in mentum formata enumero haec: additamentum, blandimentum, experimentum, levamentum, liniamentum, temperamentum. — in abrum, acrum: candelabrum, ambulacrum, lavacrum.

in ela cautela, medela, querela. (cf. O. Rebling: Versuch einer Charakteristik der römischen Umgangssprache pag. 24. im Jahresbericht über die Kieler Gelehrtenschule 1873.)

Substantiva deminutiva sunt haec: aedicula, capella, cellula. fabella, muliercula, offula, palmula, terricula, tirunculus, vasculum.

Quibus adde notaculum (31. 8.) quod vocabulum apud solum Minucium occurrit secundum Forcell. tot. lat. lex. Idem dicendum est de vocab. procupido (26. 12).

Vocabula quae notione mutata a Minucio adhibita sunt, haec enotavi:

adfectio = amor 1. 1. civitas = urbs 2. 3; 3. 2. orbis provincia = orbis terrarum 32. 7. transfuga disciplinae = desertor 33. 5. virtus dei = potentia 32. 4. sermones = verba 2. 2. iaculum (Wurf) 3. 6. impetus (Wichtigkeit) 8. 3. industria (Wahrheit) 26. 7. (quamquam inter multa mendacia videri possit industriam casus imitatus e. q. s.) labor (Finsterniss) 17. 5. munus (Wohlwollen) 21. 1. saeculum (Welt) 34. 12. vindemia (Rebe) 5. 13.

Haec ad lexicographiam substantivorum pertinentia sufficiant, quamquam exemplorum copia nondum exhausta est.

De adiectivis. Quod ad declinationem attinet, rarus usus dativi singularis adiect. totus monendus est. Legitur enim 11. 1. toto pro toti. Qua de re disseruerunt Herm. Roenschius l. c. pag. 276 et O. Reblingius l. c. pag. 15.

Comperativi rariores occurrunt apud Minucium: flagrantius 23. 4. prolixior (prolixius) 17. 6. 37. 12. 40. 3. proximius a proximum 19. 2. Eadem falsa gradatio legitur in Senec. epist. 108. 16. (cf. Draeg. gr. hist. I pag. 43. et Roenschii commentationem l. c. pag. 278.)

Id quoque hoc loco commemorabo a Minucio, ut ab aliis Africanis scriptoribus, saepius comparativum vel superlativum usurpari, ubi positivum exspectes, aut comparativum superlativo permutari. Nec praetermisit illum usum C. Sittl. l. c. pag. 100 sq. »Der Ueberschwänglichkeit des afrikanischen Temperamentes möchte ich es zuschreiben, dass die Abnützung der Steigerungsgrade schon früh einen hohen Grad erreichte. Die Afrikaner waren durch den übertriebenen Gebrauch des Comparativus und Superlativus in Fällen, wo der Positivus genügt hätte, bekannt. Die Abschwächung der Grade hat andererseits zur Folge, dass die Zusammenstellung verschiedener Grade nicht mehr unsymmetrisch erscheint.« Haec exempla affero: 8. 4. imperitioribus et mulieribus credulis 9. 1. nequiora 14. 2. plenius 19. 2. apertius, proximius, verius 20. 1. exposui opiniones

omnium' ferme philosophorum, quibus inlustrior gloria est 23. 8. dulcioribus 25. 10. inconsultius 28. 11. aetas mollior, servitus durior 25. 10. paene in pluribus virginibus (beinahe bei den meisten Jungfrauen) 27. 1. pluribus falsis involuta (mit sehr viel Trug vermischt) 32. 3. sic apud nos religiosior est ille qui iustior, pro religiosissimus — iustissimus. 2. 1. amabilius pro amabilissimum.

Tres locos legi quibus comparativus adverbio magis explicatur, quamquam gradationis forma quam quidem exspectes usitata est: iniustos magis 11. 5. magis pauper 36. 4. magis iustum 34. 12. quanto iudicium tardum, tanto magis iustum est. Supplendum est enim in priore parte sententiae ex iis quae succedunt magis, ut in Tac. Ann. 3. 46. quanto pecunia dites et voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos evincite et fugientibus consulite.

Frequentissime Minucius Felix adiectiva vel participia adiectivi vice fungentia pro substantivis adhibuit. Haec exempla excerpsi:

a) masculina: perditis sceleratisque 9. 4. perditi, facinerosi, incesti, (sicarii, proditores) 25. 2. indocti et docti 13. 3. a peritioribus 14. 5. imperiti 28. 6. plerique simpliciores (die einfältigere Mehrzahl) 14. 6. improbos 14. 6. meliores 5. 11. bonorum malorumque 5. 10. priores (Vorfahren) 6. 1. futuri (Nachkommen) 20. 6. politus 21. 5. faciles (Freunde) (deos vel faciles vel reges habere) 6. 1. medius (Mittler) 4. 6. noxius (Verbrecher) 29. 2. terrenus (Erdensohn) 29. 2. profugus (Abtrünniger) 35. 6. facundus (Verteidiger) 38. 5. consortes fidei (Glaubensgenossen) 31. 8. confitentes (die Gläubigen) 28. 3. paenitentes (die Reumütigen) 28. 1. patiens (der Kranke) 27. 7. (cf. Draeg. s. T. § 7. pag. 4 et gr. h. I pag. 44 sqq.)

b) neutra: Exstant autem illa adiectiva generis neutrius α) in numero singulari: in incredibili verum et in verisimili mendacium 14. 4. verum 28. 3. veri 16. 3. in vero 37. 12. incestum 25. 10. 31. 4. incestis gloriantur 31. 3. fabulam incesti 31. 4. incesti cupido 31. 5. alieno 36. 4. totum 36. 7. de toto 40. 2. de toto et integro 4. 4. in totum 24. 3; 28. 3. futuri contemplatione 38. 4. rectum 16. 6. recti sententiam 38. 6. ad incerti querelam 14. 5. in sublimi 17. 3. de proximo fugitant 27. 7. de cetero 16. 4. in perpetuum 38. 5. in publicum 8. 4; 19. 14; 27. 3. (cf. Draeg. h. gr. I. pag. 55 sq.). β) in numero plurali: de fallacibus 14. 5. divina 12. 7. de divinis 16. 6. de caelestibus 13. 1; 19. 4. (sed 16. 5. de caelestibus rebus) caelestium terrenorumque fabricator 19. 14. in

contrariis et repugnantibus 16. 4. de praesentibus 12. 1. praeterita 1. 1. in ludicris et seriis 1. 3. in seriis 4. 3. honesta 10. 2. in inlicita 31 4. in adversis 36. 9. civilia 12. 7. communia (gemeinsame Uebel) 12. 4. falsa (Trug) 27. 1. de incognitis et inexploratis 28. 1 de virilibus 28. 10. per universa 10. 5. inter praecipua 17. 1. De adiectivis cum genitivo substantivorum coniunctis infra dicetur.

Substantivis Minucius saepe adiungit adiectiva, quorum loco substantiva in genitivo casu posita exspectes, quo in usu Tacitus plurimum sibi licentiae concessit. Exempla enumero haec: a terrena labe Schmutz der Erde 3. 5. hostilibus moenibus 6. 2. lactei roris 18. 2. cruentis imbribus Tropfen Blutes 23. 4. propinquum sanguinem 25. 3. ab humano sanguine 30. 6. (sed 30. 5. hominis sanguine) vernis floribus 38. 2. 1. (sed 38. 2. 2. rosam veris) Romana superstitio 10. 3. iustitia Romana 25. 1. Romana numina 10. 4. caelestis compages 11. 1. exploratio divina 5. 5. populares deos Götter des Volkes 19. 7. (sed 19. 10. vulgi deos) comicus sermo Sprache des Comödiendichters sc. Terentii 21. 2. — Genitivi obiectivi loco posita sunt: cura iudiciaria 2. 3. metu hostili 7. 3. solacio redivivo = solacio resurrectionis 8. 5. aniles fabulae 11. 2.

Adiectiva pro adverbiis posita e Minucio Felice haec adnotavi: haeret anxius 16. 3. anxia et sollicita vestigat 22. 2. praecipuus miscuit 23. 3. tacitus evolvo 40. 1. tardior pergeret 13. 4. solliciti — diligenter quantum potest ponderemus singula wir wollen sorgfältig, genau, nach Kräften, das Einzelne abwägen 14. 7. plerique pro plerumque 36. 3. plerique pauperes dicimur.

Unus locus exstat, ubi substantivi notione notio adiectivi continetur, quae apud nostrates desideratur ac postulatur. Omissum est enim 11. 8. adiectivum »einzeln« horarum saltem permisso commeatu, (nachdem wenigstens für einzelne Stunden Urlaub gegeben war) ut apud Plinium in Nat. Hist. 2. 73. 185.(cf. Naegelsbach, lat. Stilist. pag 237.)

Quod ad lexicographiam attinet, Roenschius in libro, quem supra laudavi, ex Minucio Felice haec adfert adiectiva, quae ad vulgarem sermonem pertinent: litabilis 32. 2. propudiosus 25. 8. impuratus 23. 12. (huius adiectivi etiam Carol. Sittl. mentionem facit l. c. pag. 124, ubi de archaismis disserens illud apud Plautum, Terentium, Apuleium inveniri docet.) hibernum 34. 12. De adiectivo composito consimilis (14. 6.) legi Ed. Woelfflinum in Phil. tom. 34. pag. 158 sqq. et O. Reblingii commentationem l. c. pag. 7 et 17. Idem vir

doctissimus Woelfflinus de adiectivo novellus disseruit in commentatione quae inscribitur: »de latinitate Africani Cassii Felicis« (Sitzungsb. der Königl. bair. Akad. der Wissensch. 1880 pag. 408.) Novellus häufig bei Varro und namentlich der Bauernsprache angehörig, wird bei Cassius Felix (169. 15. novellae aetatis pueris) von dem jugendlichen Alter gebraucht, wie bei Min. Fel. Oct. 30. 1.

Ac praecipue adiectiva in bilis cadentia a Minucio amantur. Qua de re disputavit Alfredus Weinholdus: »Id dico animadvertendum esse usum illorum adiectivorum (in bilis cadentium) in dies frequentiorem factum, imprimisque scriptores ecclesiasticos incredibili quodam eorum vocabulorum amore teneri.« (cf. quaestiones Horatianas quas scripsit Alfr. Weinholdus, commentationem annalibus scholae regiae Grimensis additam 1882) Exempla congessi haec: favorabilis, habilis, inaestimabilis, impossibilis, incomprehensibilis, incredibilis, insolubilis, inviolabilis, invisibilis, litabilis, stabilis.

Nec rarus est usus adiectivorum in osus exeuntium. (cf. Carol. Sittl. l. c. pag. 140 sq. »Bei den Adjectiven haben namentlich die Ableitungen mit den Suffixen osus und bilis den Afrikanern viel zu danken.«)

Calamitosus, curiosus, fabulosus, facinerosus, furiosus, formidulosus, gloriosus, inreligiosus, latebrosus, libidinosus, monstruosus, propudiosus, scrupulosus, superstitiosus, tortuosus.

De pronominibus. Amat Minucius Felix abundanter duo pronomina inter se coniungere. (cf. Draeg. s. T. §. 17) Exempla exscripsi haec: in illo praecipue sermone eius 1. 5. quo in adventu eius 2. 2. cum hoc sermone eius 3. 2. alacritatem tuam illam 4. 2. deum illum suum 10. 5. ista ipsa superstitio 25. 1. isdem illis quibus armantur . . . telis 39. 1. idem ipse persensit 13. 2. cum sua sibi natione 10. 4. quidquid illud colunt 10. 2. De hac pronominis abundantia disseruit Madwigius ad lib. V. 8. de finibus pag. 652.

Nec rari sunt loci quibus pronomen quod exspectes omissum est, imprimis in accusativi cum inf. forma et in contrapositione. Cuius usus cum longum sit omnia exempla enumerare, perpauca delibasse sufficiat: 4. 1. sed . . . . dolere nescio quid vultu fatebatur sc. se. 21. 2. Prodicus adsumptos in deos loquitur sc. eos 26. 11. eius venerationi novit adsistere 26. 12. et dicit informari et inlabi pectoribus humanis 31. 4. necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare sc. vos. 34. 10. nihil esse post obitum et ante ortum nihil

fuisse sc. eum 38. 1. ne quis existimet aut . . . cedere aut . . . pudere sc. nos (quod pronomen addidit in contextu Heumannus,) — 28. 1. Quam autem iniquum sit de incognitis et in exploratis iudicare, quod facitis (sc. vos), nobis ipsis paenitentibus credite. 28. 5. adgnoscitisne eadem nos sensisse et egisse, quae sentitis et geritis? sc. vos. 34. 5. animadvertis philosophos eadem disputare quae dicimus sc. nos.

In duobus substantivis diversi generis inter se copulatis pronomen possessivum vel demonstrativum cum priore tantum substantivo coniungitur: cf. 1. 2. pectori meo ac intimis sensibus 19. 2. mentem istam et spiritum 23. 1. has fabulas et errores 31. 6. honores vestros et purpuras.

Pronomen reflexivum pro personali more Graecorum adhibitum, qui sic passim ἐν ἑαυτοῖς dicunt, occurit 18. 1. inter se singuli dissimiles invenimur. cf. Carol. Sittl. l. c. pag. 115. »Wenn Minucius Felix 18. 1. inter se singuli dissimiles invenimur schreibt, so schwebte ihm dabei gewiss die spätgriechische Uebertragung des reflexiven Pronomens der 3. Person auf die übrigen als Muster vor (Kühner, griech. Gramm. § 455. 7.)« Cui exemplo adde: 11. 3. sibi mortuis et exstinctis qui sicut nascimur et interimus, aeternitatem repromittere (sibi pro nobis). —

Plerisque vobis pro plerisque vestrum 28. 9. (C. Halmius edidit plerisque vobis, Bursianus plerisque vostrum, Lindnerus »cum plerisque« obelo notavit.)

Hic—hic der eine — der andere. 40. 4. pro hic — ille.

Et ipse ebenfalls, quod apud Livium posterioresque scriptores saepius exstat, a Minucio quoque usurpatur. (cf. Naegelsbach., lat. Stilist. pag. 272, Draeg. hist. gr. I pag. 81). Enotavi exempla haec: 10. 4. Iudaeorum sola et misera gentilitas unum et ipsi Deum, sed palam, sed templis, aris, victimis caerimoniisque coluerunt. 19. 8. Straton quoque et ipse naturam? 19. 10. Zenon et Chrysippus et Cleanthes sunt et ipsi multiformes. 27. 3. vates et ipsi absque templo 33. 2. sed Iudaeis nihil profuit, quod unum et ipsi deum aris atque templis maxima superstitione coluerunt. 33. 3. nam et ipsi Deum nostrum experti sunt.

Ipse = idem. 11. 4. cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, poena sit, si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina. 11. 7. vellem tamen sciscitari, utrumne cum corporibus an sine corporibus, et corporibus quibus, ipsisne an innovatis resur-

gatur. De hoc usu pronominis ipse disseruit C. Sittl. l. c. pag. 113 sq. »Aus dem Gebiete der Pronomiana ipse wie αὐτός vertritt idem. Min. Felix 11. 4. 7.«

Eiusmodi, huiusmodi = talis (cf. Sittl. l. c. pag. 127, quo loco Africanorum linguam cum vulgari sermone comparavit.) Haec afferam exempla: 23. 8. his atque huiusmodi figmentis et mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puerorum. 28. 6. his enim et huiusmodi fabulis 29. 1. haec et huiusmodi propudia.

Hoc genus cetera, apud nostrates dergleichen sonst, cuius loco eius generis cetera usurpari solet (cf. Cic. off. 1. 4; 3. 5.) apud Minucium legitur 19. 12.

Quisque = quicunque 13. 1. (cf. Herm. Roensch. l. c. pag. 336.

Quicunque = quilibet 16. 6. (cf. Meiring., lat. gramm. §. 939 adn. 4.)

Quidquid jedes beliebige 19. 2. quidquid aliud animalium.

Unusquisque — non = nemo 24. 2. deum unusquisque vestrum non cogitat.

Quis unus ullus 11. 8. quis unus ullus ab inferis remeavit? wen giebt es, der jemals aus der Unterwelt zurückgekommen wäre? (cf. C. Sittl pag. 97 sq. Draeg. g. h. I pag. 99, s. Tacit. § 20.)

Aliquis pro quisquam 28. 2. (cf. Draeg. h. g. I pag. 91. s. T. §. 18.)

Quod pro quid in interrogatione indirecta positum exstat 27. 6. victi dolore quod sunt eloquuntur.

Alter = alteruter occurrit 5. 1., 13. 5.

Qui uterque pro quorum uterque 8. 2.

Uterque in forma plurali, quamquam ad duas personas refertur, legimus 4. 6. sed ut arbiter et utrisque (sc. Caecilio et Octavio) aures darem (cf. Kuehner., gr. lat. II. pag. 476 n. 13.

De adverbiis. Adverbia pro adiectivis attributivis posita primus Livius adamavit, tum Tacitus. (cf. Draeg. s. T. pag. 8) Atque etiam apud Minucium Felicem pauca exempla inveniuntur. Haec excerpsi: haec tamen Aegyptia quondam nunc et sacra Romana sunt 22. 2. (cf. Tac. h. 2. 68. et quondam ducis sui.) semper adulescentis 22. 5. quos corruptores et adulteros novimus et tyrannos et semper adversus sua vitia facundos 38. 5. beständige Verteidiger ihrer eigenen Fehler.

Adverbia cum adiectivis coniuncta haec e dialogo collegi: pariter incesti 9. 7. curvi molliter littoris 3. 4. impudenter curiosus 10. 5. incaute creduli 14. 6. infeliciter placitus 22. 4. impune sacrilegi 25. 6. alte succincta 22. 5. bene barbatus 22. 5. male sanae opinionis 11. 9. male sanos 24. 5. (cf. Rebling. l. c. pag. 7.)

Adhuc de tempore praeterito haud raro apud Livium et Tacitum legitur. (cf. Draeg. s. T. pag. 8) Apud Minucium uno loco, nisi quid me fugit, sic legi: 28. 2. et nos enim idem fecimus et eadem vobiscum quondam adhuc caeci et hebetes sentiebamus. Usque adhuc exstat 5. 4.

Etiamnunc pro etiamtum 1. 5. in illo praecipue sermone eius mentis meae resedit intentio, quo Caecilium superstiosis vanitatibus etiamnunc inhaerentem disputatione gravissima ad veram religionem reformavit wodurch er den damals noch im Wahne des Aberglaubens befangenen Caecilius in einer gewichtigen Erörterung zur wahren Glaubensansicht bekehrte.

De usu adverbii saepe idem fere dicendum est, quod Ed. Woelfflinus in commentatione de latinitate Africani Cassii Felicis conscripta adnotavit (l. c. pag. 410.) »Das absterbende saepe (verhältnissmässig selten bei Cassius, wogegen sich die längeren Formen saepius und saepissime leichter behauptet haben) wird bei Cassius mehr als unterstützt durch das etwa 70 mal gebrauchte frequenter, das um so mehr auffällt, wenn man sich erinnert, dass frequenter ein von Caesar, Sallust und mehreren andern der guten Zeit nicht angewandtes Wort ist.« Saepe apud Minucium bis legitur 5. 10. 31. 4. saepius 14. 5. 34. 6. 35. 1. 36. 8. frequenter sive frequentius 3. 6., 7. 3., 14. 5., 31. 4., 25. 11.

Bald — bald alias — alias 19. 10. interim — interim 16. 2. 19. 9. modo — modo 22. 6. 19. 10. Cleanthes enim mentem, modo aethera, plerumque rationem deum disseruit. (ante vocabulum mentem omissum est modo) nunc — nunc 25. 9. 34. 4. 37. 12.

Mox etiam in complurium rerum enumeratione usurpatum est 13. 4. primo — mox — postremo cf. Tac. ann. 11. 22. Flor. 1. 9. 6.

Interim adversative adhibitum est 8. 5. et dum mori post mortem timent, interim mori non timent 22. 5. Janus vero frontes duas gestat, quasi et aversus incedat: Diana interim e. q. s. Cf. Senec. ad finem sec. suasor. »interim non dubito, quin nunc vos ipsa quae offensura sunt, vitia delectent,« et praef. libr. IV. 6. »quam magna interim pars esset ingenii dolor.« (cf. Rebling. l. c. pag. 23.)

Interim apud nostrates bisweilen 19. 10. 19. 11. 27. 1. Videtur hic usus adverbii interim Quintiliani tempore natus esse. Nam quae adferuntur Plauti et Ciceronis exempla, ea alio modo explicari debent. Sed Quintilianus, Plinius, Senecae frequentant hanc dictionem. (cf. Rebling. l. c. pag. 24.)

Interim einstweilen 7. 1. ausim enim interim et ipse concedere et sic melius errare.

Adeo exstat apud Minucium Felicem sensu peculiari 6. 1. et 7. 6. (inde adeo, cf. 11. 4. inde videlicet) 16. 5. 34. 11. vide adeo siehe doch 36. 8. 37. 7. in hoc adeo gerade deshalb (cf. Carol. Sittl. l. c. pag. 137. »adeo = ideo zuerst bei Min. Fel. 6. 2. 7. 6. 16. 5. 34. 11. 36. 8. 37. 7.«)

Ceterum pro sed positum est 34. 1. 34. 10. qui quidem usus apud Ciceronem et Caesarem non occurit. (cf. Draeg. s. T. § 21.)

Plene = omnino 14. 2. (Cic. ad Q. fratrem 1. 1. 13. hoc plene vitare non potes) Comparativus plenius hoc loco abhibitus est pro positivo.

Perquam ad augendam vim verbi legitur 3. 3. delectati perquam sumus.

Identidem auf gleiche Weise 14. 6. 16. 4

Solummodo pro tantummodo exstat 18. 3. 28. 2. 35. 6. (cf. Sittl. l. c. pag. 98. »Ein paar gewichtige Verbindungen lassen sich zuerst in Africa nachweisen solummode für das klassische tantummodo Min. Fel. e. q. s.«)

Nec immerito sive merito = nec mirum 1. 3., 5. 5., 30. 3., 31. 4.

Non saltem sive nec saltem = ne — quidem 10. 3. 12. 1. (cf. Liv. 5. 38. Tac. ann. 3. 5.)

Quibus adiciam haec rariora adverbia: dissimulanter 4. 3. sitienter 9. 5. paenitenter 26. 1. plurimum quantum 23. 2. 40. 1. impraesentiarum 5. 1. De hoc adverbio, quod in sermone cotidiano usurpatur, disputaverunt in commentationibus suis Reblingius l. c. pag. 11., Roenschius l. c. pag. 230, Woelfflinus in Philol. vol. 34. pag. 147. Sed apud Tacitum quoque legitur in ann. libr. 4. 59. quid impraesentiarum conduceret.

De verbis. Verba simplicia pro compositis apud Minucium Felicem haud raro leguntur. Exempla enumero haec: flere i. q. deflere 23. 4. 37. 12. noscere i. q. cognoscere 9. 2. orare i. q. ado-

rare 23. 9. rapere i. q. corripere 25. 7. servare i. q. observare 26. 3. solvere i. q. dissolvere 5. 8. tendere i. q. extendere 3. 3. vocare i. q. invocare 29. 5. vorare i. q. devorare 28. 2. quasi Christiani monstra colerent, infantes vorarent. (at cf. 30. 6. feras devorant.)

Contra aliis locis verbum compositum legitur, ubi in simplici non offendissemus. »adiurare« i. q. iurare 27. 7. »adstrangulare« 30. 2. »confingere« 10. 5. 26. 6. »contegere« 9. 5. 11. 4. »coaequare« 7. 3. »concremare« 22. 7 »delibare« 12. 5. (ut apud Livium 39. 43. diis dapes libare, in Ovid. Met. 8. 274 thura diis libare, Epist. ex Pont. in Vergil. Aen. Pont. 4. 839. frugem Cereri libare, apud Propertium 4. 6. 8. carmina aris libare, in Vergil. Aen. 5. 77. duo rite mero libans carchesia Baccho.) »diffindere« 16. 3. (Ob oculos Felici haud dubie fuit illud Vergilii Aen. 5. 540 partes ubi se via findit in ambas) »inquirere« i. q. quaerere 22. 1. Isis perditum filium inquirit. »praemicare« 5. 9. »prorogare« 13. 4. postridie biduum prorogavit am folgenden Tage bat er (Simonides) um zwei Tage. »persentire« 13. 2. — Praecipue solet Minucius composita cum syllaba re simplicium notione adhibere »reservare« pro servare 34. 10. repromittere pro promittere 11. 3. »recognoscere« pro cognoscere 21. 1. 31. 8. »retorquere« pro torquere 34. 7. (cf. Draeg. h. s. I pag. 139.)

Genus verbi. Verba deponentia passive usurpata sunt locis his: meditari 25. 11. fabricari 23. 13. 34. 4., sed active 23. 6. remunerari 7. 2. Participia verborum deponentium passive adhibita exstant: confessus 13. 2; 14. 7; 17. 4. fabricatus 32. 1.

Quod attinet ad temporum usum, id praemonendum est fere constanter apud Minucium Felicem verba contrahi in plusquamperfecti coniunctivo, in infinitivo perfecti, rarius in perfecti et indicativo et coniunctivo. cf. adornasset 39. 1. desisset 26. 6. errasset 37. 3. implesset 2. 3. negasset 28. 3. perisset 37. 3. perorasset 39. 1. consuesse 16. 5. curasse 27. 2. initiasse 7. 2. nosse 6. 1. 17. 1. 18. 9. 19. 8. 24. 2. 27. 8. 32. 7. nutasse 16. 1. comprobaris 5. 1. delectarit 14. 3. repudiaris 5. 1. norunt 24. 2.

Nonnumquam Minucius sine causa in temporibus variat. cf. 3. 2. sq. cum hoc sermone eius medium spatium civitatis emensi iam liberum litus tenebamus, ... ibidem erroribus delectati perquam sumus, ... sensim itaque tranquilleque progressi oram . . . legebamus. 6. 3. hinc perpetuus venerationis tenor mansit, quae longa aetate non infringitur, sed augetur. 28. 2. et nos enim idem fecimus et eadem vobiscum . . . sentiebamus.

Perfectum plusquamperfecti locum obtinet 25. 7. neque enim potuerunt in ipsis bellis deos adiutores habere, adversus quos arma rapuerunt, sed quos prostraverant detriumphatos colere coeperunt. (cf. Draeg. s. T. pag. 11 et s. h. I pag. 258, qui tamen exempla ex iis qui post Tacitum fuerunt scriptoribus non affert.)

De modorum denique usu memorandum est Minucium uno loco, nisi quid me fugit, in enuntiato secundario coniunctivum perfecti potentialem praesentis temporis vi Tacito auctore usurpavisse 32. 9. non tantum sub illo agimus, sed et cum illo, ut prope dixerim, vivimus. (cf. Draeg. s. T. pag. 12.)

Nec in enuntiato adhortativo legimus 18. 9. nec nomen deo quaeras 33. 1. nec nobis de nostra frequentia blandiamur. (cf. Kuehner. lat. gr. II pag. 145. sq.)

Modo in enuntiato adhortativo positum est 4. 5. modo in istis ad tutelam balnearum iactis et in altum procurrentibus petrarum obicibus residamus. (cf. Kuehner. l. gr. II pag. 154 sq.)

Forsitan et cum coniunctivo et cum indicativo coniungitur cf. 29. 6. forsitan adoratis 28. 10. forsitan sacra sint. (cf. Kuehner. l. gr. II 613 sq.)

Infinitivus et praesens indic. permutantur 5. 8. sq. ubi narrationis calore suavissime afficimur.: homo et animal omne quod nascitur, inspiratur, attollitur, elementorum ut voluntaria concretio est, in quae rursum homo et animal omne dividitur, solvitur, dissipatur; ita in fontem refluunt et in semet omnia revolvuntur . . . . sic congregatis ignium seminibus soles alios atque alios semper splendere, sic . . . . nebulas semper adolescere, quibus densatis coactisque nubes altius surgere, isdem labentibus pluvias fluere, flare ventos, grandines increpare, vel . . . . tonitrua mugire, rutilare fulgora, fulmina praemicare: adeo passim cadunt, montes inruunt, arboribus incurrunt, sine dilectu tangunt loca sacra et profana, homines noxios feriunt et saepe religiosos.

Infinitivus explicativus exstat 1. 3. ut et in ludicris et seriis pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle. 26. 10. illis adspirantibus et infundentibus praestigias edunt vel quae non sunt videri vel quae sunt non videri. (cf. Carol. Halm. in appar. crit. edit. pag. 3.)

Jam venio ad lexicographiam. Ex illorum verborum numero, quae in sermone plebeio usitata sunt, Herm. Roenschius (Ital. et Vulg. pag. 160 sqq.) haec affert: pag. 160 effigiare 3. 1; 162 run-

cinare 23. 11; 179 vivificare 32. 6; 185 concatenare 17. 2; 189 desponsare 25. 3; 202 adstrangulare 30. 2; 205 inrotare 3. 6; 205 intererrare 10. 5; 213 devotare 28. 8 (secundum editionem Luebkertii; nam Halmius decoratis ex Rigaltio in contextum recepit) 299 remunerare 7. 2; 301 meditare 25. 11. Eduardus Woelfflinus in philol. tom XXXIV pag. 160 verbum deperire, quod legimus 5. 10, sermonis vulgaris esse contendit. Quibus verbis haec adiciam: arguere 36. 9. = examinare, componi 37. 1. = se defendere, mori 8. 3 = condemnari, obtinere 40. 3 = vincere, adludere transitive 3. 3. — quod (aequor) vicissim nunc adpulsum nostris pedibus adluderet fluctus — adsistere 26. 11. befördern, consubsidere 40. 2. übrig bleiben (De hac rara compositione disseruit Ed. Woelfflinus in commentatione quae inscribitur »de latinitate Africani Cassii Felicis» pag. 414.) defungi 25. 11. sich abkühlen, inundare 34. 4 intransitive unter Wasser stehen, demergere 34. 11 intransitive untergehen, reparari 34. 12 nach dem Tode auferstehen recusare 17. 1. läugnen — Nec recuso . . . . hominem nosse se et circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare sit. — serenare 32. 4. heiter sein, alias heiter machen.

II.

De enuntiato simplici.

De praedicato. Sensu collectivo pluralem praedicati numerum habent: uterque 8. 2 qui (pro quorum) uterque nullos deos adseverando timorem omnem quo humanitas regitur, venerationemque penitus sustulerunt. sc. Theodorus Cyrenaeus et Diagoras Melius. 21. 6. ad memoriam uterque reliquerunt sc. Saturnus et Janus. vulgus 18. 11. audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt nihil aliud quam Deum dicunt. gentilitas 10. 5. Iudaeorum sola et misera gentilitas unum et ipsi deum, sed palam, sed templis, aris, victimis caerimoniisque coluerunt. (cf. Draeg. s. T. pag. 14.)

Nihil apud Minucium frequentius est quam omissio verbi substantivi. Omittitur autem a) Indicativus, cuius rei exempla, cum in quavis fere pagina dialogi legantur, perpauca ac luculentissima

delibasse sufficiat. 1. 4. sic solus in amoribus conscius, ipse socius in erroribus. 5. 7. quis hic auctor deus? 5. 7. quis deus machinator? 5. 7. unde haec religio, unde formido? 10. 3. unde autem vel quis ille aut ubi deus unicus? 12. 4 ubi deus ille? 18. 7. rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus. 19. 2. inde hominum pecudumque genus et quidquid aliud animalium. 28. 7. quis tam stultus, ut hoc colat? 34. 11 ita corpus in sepulcro, ut arbores in hiberno 40. 1. nam ut ille mei victor est, ita ego triumphator erroris.

Etiam in enuntiatis secundariis (relativis, condicionalibus, causalibus etc.) verbum substantivum desideratur, qui mos apud plurimos alios scriptores rarissimus est (cf. Draeg. s. T. pag. 16 § 36.) 8. 2. vel qui prior Diagoras Melius sc. erat 18. 5 quibus utique exempla de coelo. sc. sunt. 25. 6. igitur Romani non ideo tanti quod religiosi, sed quod impune sacrilegi. 25. 10. nisi forte apud istos maior castitas virginum aut religio sanctior sacerdotum. sc. erat. 27. 1. ut ostensum a magis sc. est. 29. 4. at ille, qui ceteris deus, sibi certe homo est. 36. 2. ac de fato satis, vel si pauca pro tempore, disputaturi alias et uberius et plenius. b) Coniunctivus. 28. 5. cum, si ratio, non instigatio daemonis iudicaret, urguendi magis sc. essent, non ut diffiterentur se Christianos. e. q. s. In interrogatione indirecta: 17. 1. Nec recuso . . . . hominem nosse se et cirumspicere debere . . . . utrum elementis concretus an concinnatus atomis, an potius a Deo factus, formatus, animatus sc. sit. c) Infinitivus esse. 5. 2. nullum negotium est patefacere, omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa magisque omnia verisimilia quam vera (sc. esse) 5. 10. in naufragiis bonorum malorumque fata mixta, merita confusa 8. 2. nullos deos adseverando 11. 5. etsi iustos darem 11. 5. iniustos ipsos magis nec laboro, iam docui 16. 2. sed in Natali meo versutiam nolo, non credo 19. 4. rerum initium aquam dixit 19. 5. aera deum statuunt infinitum et immensum 19. 9. nam interim mentem, mundum interim deum dixit 21. 4. Saturnum enim principem huius generis et examinis omnes scriptores . . . . prodiderunt 26. 6 quod sciret responsa simulata 26. 12. nonne et angelos sine negotio narrat et daemonas? 38. 6. gloriamur nos consecutos 39. 1. ostendisset etiam veritatem non tantummodo facilem, sed et favorabilem. Sexcenta alia exempla exstant.

Verba dicendi, movendi, oriendi, alia desunt: 4. 3. tum ille (sc. respondit) 5. 1. tum sic Caecilius exorsus est (sc. dicere) 27. 4.

de ipsis etiam illa, quae paulo ante tibi dicta sunt (sc. dicenda sunt) 14. 1 Ecquid ad haec, ait, audet Octavius (sc. respondere) 20. 4 quid illas aniles fabulas? (sc. nominem) 20. 4 de hominibus aves et feras et de hominibus arbores atque flores (sc. nasci) 21. 10. ergo nec de mortuis dii, nec de natis (sc. oriuntur) 25. 5. templa omnia de manubiis, id est de ruinis urbium (sc. orta sunt) 24. 3. est quo viro non licet (sc. ire, quod subaudiendum est ex praecedenti verbo visere. Coniungitur enim verbum visendi et cum solo accusativo et cum praepositione ad. cf. Plaut. Cas. 3. 4. viso huc Plaut. Rud. 5. 1. illam visam huc) 10. 2 cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra, numquam palam loqui, nunquam libere congregari (sc. sustinent. hoc verbum, quod in manuscriptis non est, inseruit Cellarius et uncis inclusit.)

Adverbium praedicati vice fungitur: 16. 2 procul est 17. 4. quae infra circaque sunt 18. 7. cum palam sit 20. 3. erat libenter audire 32. 7 longe est. Qua de re O. Reblingius l. c. pag. 7 dicit: »Viele Adverbien waren auch in der klassischen Sprache bei esse gebräuchlich satis, abunde, necesse, frustra, praesto. So ist auch palam est von Cic., Liv. nicht ganz vermieden, ist aber mehr zu den Ausdrücken des täglichen Lebens zu zählen. Während sich aber in der strengen Prosa nur vereinzelte Beispiele für diesen Gebrauch finden, so erscheint derselbe massenhafter in allen Schriftstellern, die den Umgangston atmen, z. B. auch in Cic. Briefen.« (cf. etiam Draeg. hist. gramm. I pag. 192 sq.)

De casibus. 1) De accusativo. Accusativi verbis intransitivis adiuncti haec exempla ex Minucii libello excerpsi a) verborum, quibus animi affectus exprimitur: »contremiscere« 28. 9. nec Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos contremiscunt »flere« 23. 4. Jovem narrat Briareo liberatum . . . . Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flevisse. »taedescit, pudescit« 28. 11 ἀπ. εἰρ. (ex analogia verb. taedet, pudet) quos prius taedescit impudicitiae suae quam pudescit. (cf. Neue, lat. Formenl. II 620) b) verborum compositorum, in quibus dativum vel praepositionem exspectes: inruere 5. 9. fulmina montes inruunt (sed montibus incurrunt 5. 9) accedere 21. 5. is itaque Saturnus Creta profugus Italiam metu filii saevientis accesserat. Insolenter deinde accusativus his verbis adiunctus legitur: 7. 4. ut Parthos signa repeteremus 8. 5. ita illis pavorem fallax spes solacio redivivo blanditur 12. 7. disserere divina 13. 4. qui Simonides, cum

de eo quid et quales arbitraretur deos, ab Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petiit (quaerere aliquem) 17. 2. nihil nata sunt prospicere nisi pabulum (cf. Kuehner l. gr. II 248) detriumphare passive legitur 25. 5. detriumphatos colere coeperunt.

2) De dativo. Dativi insolentius verbis adiuncti apud Minucium Felicem haec exempla exstant: terris omnibus sparsus 32. 8. maxime cum non laudi, sed veritati disceptatio vestra nitatur 14. 2. sic sectae vestrae non spontaneos cupere, sed electos 11. 6. (cf. Caes. b. g. 1. 18. cupere Helvetiis propter eam adfinitatem. Gell. 7. 3.) Huc retulerim hos locos: deo admodum pauci sumus 33. 1 in den Augen Gottes sind wir sehr wenig. deo una domus est mundus hic totus 33. 1. in den Augen Gottes gilt diese ganze Welt als ein Haus. tu perire et deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur? 34. 10.

Dativus verbo passivo Graeco more adiunctus, ubi praepositionem a expectes, de cuius usu Draeg. pag. 23 verba facit, apud Minucium legitur: 19. 6. Anaxagorae vero descriptio et motus infinitae mentis deus dicitur 23. 4. Jovem narrat Briareo liberatum. 23. 12. ut accepimus factum Aegyptio regi. 25. 6. Romanis totiens impiatum est, quotiens triumphatum. 27. 4. quae paulo ante tibi dicta sunt. 34. 10. corpus omne . . . . subducitur nobis, sed deo, elementorum custodi, reservatur. (cf. Roensch. l. c. pag. 436.)

Dativi pro genitivo secundum Livii (cf. Kuehn. pag. 119) et Taciti (cf. Draeg. s. T. pag. 24) consuetudinem positi Minucius haec habet exempla: 7. 6 cautelam periculis, morbis medellam, solacium calamitatibus, laboribus levamentum Verwahrungsmittel gegen Gefahren, Heilmittel wider Krankheiten, Trost in Unglücksfällen, Erleichterung in den Arbeiten. 10. 4. ut sit Romanis numinibus cum sua sibi natione captivus. 18. 9. nec nomen deo quaeras, deus nomen est. 19. 14. Platoni apertior de deo et rebus ipsis et nominibus oratio est. 34. 2. Stoicis constans opinio est.

Dativus finalis exstat 2. 3. quod esset corpori meo siccandis humoribus de marinis lavacris blanda et adposita curatio 3. 3. ibi harenas extimas, velut sterneret ambulacro, perfundens lenis unda tendebat. 13. 4. primo deliberationi diem petiit.

Commemorabo denique adiectivum declivis 40. 2. — quod iam sol occasui declivis est — et participium adpositus. 2. 3. quod esset corpori meo . . . . . . adposita curatio. 9. 4. certe occultis ac nocturnis sacris adposita suspicio.

3) De ablativo. Ablativus positus est, ubi praepositionem exspectes, his locis: 16. 5. unde apparet ingenium non dari facultatibus i. e. pro facultatibus (cf. Plaut. Pers 4. 4. 13. Datur haec sexaginta minis, sed Asin. 1. 3. 20. pro pecunia si data.) 2. 4 litore = in litore (cf. Lindner. in edit. pag. 9 sq.) inambulando litore 11. 7. ipso corpore? alio corpore? pro cum ipso corpore? cum alio corpore? (praecedit enim sine corpore?) 34. 5. si ista moles ab eo, quo exstructa est, destruatur.

Ablativi causales, quos vocant: 5. 3. taedio investigandae penitus veritatis 9. 3. honore praefanda 21. 3. metu suae potestatis 21. 5. metu filii saevientis.

Ablativus limitationis: 37. 10. fulgere purpura, mente sordescere.

Adiciam: nullo artifice nec iudice nec auctore 5. 8. ohne Werkmeister, ohne Ordner, ohne Urheber nullo ordine vel examine 5. 10. ohne Ordnung und Prüfung.

4) De genitivo. Genitivus quantitatis qui dicitur neutris adiectivorum aut pronominum adiunctus apud Minucium Felicem satis frequens est. Hoc genetivo primus Cicero, sed nonnisi sensu partitivo et plerumque praecedente superlativo usus est; plus licentiae Livius sibi concessit, quocum Tacitus et Florus exempla communia habent (cf. Alf. Egen. »de Floro hist. eloc. Tacit. imitat.,« diss. phil. Monast. 1882. pag. 18. et Draeg. s. T. pag. 29.)

Cf. 2. 3. id temporis 3. 5. ad id loci 4. 2. hoc rei 17. 9. quidquid arborum 18. 1. nihil membrorum 26. 9. quidquid miraculi 27. 6. quidquid daemonum 28. 11. id mali facinoris. (cf. Ed. Woelffl. in phil. tom. XXXIV pag. 147) 1. 4. de tenebrarum profundo 9. 7. per incertum sortis 16. 2 propositionis incerto 17. 10. recta montium, collium flexa, porrecta camporum 18. 6. Thebanorum par 23. 3. eorum paria 28. 9. per pudenda corporis.

Genitivus localis apud nostrum scriptorem legitur: 21. 8. eius filius Juppiter Cretae excluso patre regnavit., sed 23. 6. cum caelum et fulmina et fulgura longe ante fuerint, quam Juppiter in Creta nasceretur.

Genitivus relationis adiectivis adiunctus a Minucio licentius adhibitus est: 35. 6. reus religionis et profugus 5. 4. studiorum rudes, litterarum profanos 16. 5. rationis et sensus capaces et habiles.

Genitivus pronominis personalis Graeco more pro pronomine possessivo usurpatus legitur apud Minucium: 27. 2. in perditionem

sui 27. 6. in turpitudinem sui 32. 2. in usum mei 34. 11 in solacium nostri; adde 31. 7. nostri numerus.

Genitivi insolentius verbis adiuncti haec exempla sufficiant: 4. 3. obiurgare — Iam dudum me Octavi nostri acriter angit et remordet oratio, qua in te invectus obiurgavit neglegentiae (cf. Kuehner lat. gr. II pag. 223. 8.) 12. 5. dominari — Nonne Romani sine vestro deo imperant, regnant, fruuntur orbe toto vestrique dominantur? (cf. Kuehn. l. c. pag. 347) 28. 3. miserari — Nonnunquam etiam miserantes eorum crudelius saeviebamus. (cf. Kuehn. l. c. pag. 344. 13.)

Genitivus appositionalis, cuius loco adiectivum vel participium exspectes, apud Felicem occurrit (cf. Draeg. h. gr. I pag. 467) 6. 1. sacrorum ritus heilige Gebräuche 6. 2. sacrorum religiones 8. 2. impietatis disciplina gottlose Lehre. 14. 2. concinnitas sermonis wohlgeordneter Vortrag 18. 6. regni societas gemeinschaftliche Regierung 20. 2 antiquitas imperitorum das unerfahrene Altertum. 26. 8. error pravitatis sündhafte Bethörung 27. 5. tormenta verborum folternde Worte 27. 5. incendia orationis feurige Rede. 30. 1. fata vulnerum tödliche Wunden. 38. 6. veritas divinitatis göttliche Wahrheit 40. 3. verborum laudibus mit lobenden Worten. Periphrastice substantivum genitivo adiungitur 5. 10. rerum omnium impetus pro res omnes 6. 2. totius orbis ambitus pro totus orbis (cf. Draeg h. g. I pag. 466.)

De usu illo genitivi appositionalis disseruit C. Sittl. l. c. pag. 104. »Um wieder auf die direkten Berührungen mit dem Hebräischen zurückzukommen, so verleiht namentlich die Ersetzung des Adjektivums durch den Genitiv eines Abstraktums der Rede ein fremdartiges Colorit. Aus den älteren Afrikanern ist mir ausser Min. Fel. 26. 8. errorem pravitatis kein Beispiel zur Hand, desto mehr aus den späteren.«

De attributo. Substantiva attributa adiectivorum loco a Minucio Felice posita haec collegi: 6. 1. deos municipes 6. 2. hospites deos 7. 5. numinibus incolis, inquilinis 21. 3. dii homines die vergötterten Menschen 25. 8. haec alumna urbis istius superstitio der in dieser Stadt grossgezogene Aberglaube. 28. 2. Christianus reus der angeklagte Christ. 31. 8. Dei parentis des göttlichen Vaters.

De numeralibus id solum huic loco adiciam, Minucium Felicem uno loco numerale distributivum pro cardinali nulla causa coactum usurpasse, qui est usus poëtarum (cf. Draeg. s. h. I pag. 107.) Locus ille exstat 22. 6. Diana interim est alte succincta

venatrix et Ephesia mammis multis et uberibus exstructa et Trivia trinis capitibus et multis manibus horrifica.

De praepositionibus. In »in« praepositionis usu haec adnotanda sunt: in cum ablativo iunctum »inter« praepositionis vice fungitur 3. 6. is se in pueris victorem ferebat 4. 4. iam profecto intelleget facilius esse in contubernalibus disputare quam conserere sapientiam. 17. 3. qui cum errasset in regem, perisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. 25. 9. in gentibus 38. 2. quidquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est. (cf. Draeg. s. h. I pag. 647.)

In hiberno zur Winterzeit 34. 11. in hoc 37. 7. miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. 37. 7. in hoc adeo quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut ingenium eorum perditae mentes licentia potestatis libere nundinentur. 34. 9. sed ad propositum satis est, etiam in hoc sapientes vestros in aliquem modum nobiscum consonare. Addam 20. 3. maioribus enim nostris tam facilis in mendaciis fides fuit unsere Vorfahren schenkten Lügen so leicht Glauben. 1. 4. in amoribus conscius (cf. Cic. Att. 1. 18. conscius in privatis omnibus.)

In cum accusativo iunctum significat consilium 11. 9. a poëtis fallacibus in dulcedinem carminis lusa 15. 2 in commune compendium 27. 2 in perditionem 27. 6. in turpitudinem 32. 2. in usum 34. 10. in solacium Adde in odia mutua saevitis bis zu gegenseitigem Hasse 31. 8. in exemplum als Muster 36. 8. in deum vestrum turpiter reformata zu Gunsten eures Gottes 11. 9.

In cum accusativo iunctum Minucius Felix nonnullis locis ita usurpat, ut idem valeat quod adverbium. Cf. 8. 4. latebrosa et lucifuga natio, in publicum muta. i. q. publice. 19. 14. in publicum dicere 14. 3. magnum in modum i. q. magnopere 34. 8. in aliquem modum i. q. quodammodo. 24. 3. 28. 3. in totum i. q. omnino. 21. 7. in hodiernum sc. diem i. q. hodie 36. 5. in diem i. q. cotidie 17. 5. in diem i. q. interdiu 17. 5. in noctem i. q. noctu.

Adiciam 32. 8. in solem intende, sed 7. 5. intende templis ac delubris deorum 17. 9. mari intende. 14. 2 in eum plaudere verspotten 21. 2. adsumi in deos.

Ad. ad execrationis horrorem bis zum Schrecken der Verfluchung 28. 6. ad silentium stupefacti bis zum Schweigen 39. 1. ad vindemiam zur Zeit der Weinlese 2. 3. nec fratres vos nisi sane ad parricidium recognoscitis und ihr erkennt euch wahrlich als Brüder

nur beim Brudermorde 31. 8. quod ad me est was mich anbetrifft 39. 1.

Erga in Bezug auf 20. 5. similiter ac vero erga deos quoque maiores nostri improvidi, creduli, rudi simplicitate crediderunt.

Citra 6. 2. dum obsessi et citra solum Capitolium capti colunt deos ins Capitol allein eingeschlossen.

Per praepositio, cuius loco solum ablativum exspectes, exstat: 9. 7. per incertum sortis 17. 2. sermo et ratio, per quae deum adgnoscimus. 28. 10 per pudenda corporis expressos strepitus. 6. 1. per universa imperia, provincias, oppida videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere in allen Reichen, Provinzen, Städten. 9. 1. per universum orbem sacraria ista taeterrima impiae coitionis adolescunt 21. 1 per provincias nach Provinzen 16. 2 per errorem irrtümlich 27. 8. per timorem aus Furcht per quietem in der Nacht 7. 6 per diem am Tage 7. 6 per universam convictus nostri et familiaritatis aetatem 1. 5. per absentiam mutuam 2. 3 ut per vestigia sua anni revertentis occulti et innoxii transitus laberentur die Uebergänge des auf gewohnten Spuren zurückkehrenden Jahres 17. 8.

Ab. 32. 9. a quo nullum potest esse secretum vor welchem es kein Geheimniss geben kann.

Cum 3. 2. cum hoc sermone eius medium spatium civitatis emensi iam liberum litus tenebamus während dieses Gespräches 3. 5. sed ubi eundi spatium satis iustum cum sermone consumpsimus. 4. 6. cum dicto eius adsedimus auf sein Wort hin (cf. Draeg. s. h. I pag. 640. 4.)

Pro wegen 9. 4. hominem summo supplicio pro facinore punitum.

De praepositio vice genitivi more linguae Francogallicae fungitur, qua de re verba faciunt C. Sittl. (l. c. pag. 127) et H. Roenschius (l. c. pag. 394). 21. 3. de diis hominibus secretum das Geheimniss der vergötterten Menschen. 23. 12. de vestra veneratione culturam die Weihe eurer Verehrung 25. 6. tot de diis spolia, quot de gentibus sunt tropaea (at cf. 25. 5. de spoliis deorum) so oft eine Besiegung der Völker stattfindet, so oft findet eine Beraubung der Götter statt.

De pro ex praepositione positum legimus: 20. 4. de hominibus aves et feras sc. ortas esse 23. 2. de civitate eiecit. 25. 3. nonnullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit 25. 5. templa omnia

de manubiis, id est de ruinis urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum sc. orta sunt. 27. 5. de corporibus exiguntur 28. 7. de capro etiam et homine mixtos deos 33. 3. de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges. 35. 1. de oraculis profetarum cognita.

De pro ablativo qui vocatur instrumenti positi exempla congessi haec (cf. Sittl. l. c. pag. 127) 2. 3. de marinis lavacris curatio 7. 3. ludorum de somnio plebei hominis iteratio 7. 5. praedicta de oraculis fata. 13. 2. merito ergo de oraculo testimonium meruit prudentiae singularis 14. 3 tamen altius moveor, non de praesenti actione, sed de toto genere disputandi. 18. 6. de equorum hinnitu augurantes principatum (hoc exemplum a Carolo Sittlio l. c. affertur) 19. 4. de suis dictis sapientes esse meruerunt. 30. 1. qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et sanguine. 35. 6. de vestro numero carcer exaestuat.

De toto et integro 4. 4 ganz und gar, de cetero 16. 4. künftighin, de proximo 27. 7. in der Nähe, fateri de 28. 6. Geständniss ablegen — ut de incestis stupris, de impiatis sacris, de infantibus immolatis faterentur — 40. 1 de providentia fateor.

Rariores praepositiones exstant 23. 8. adusque summae aetatis robur adolescunt 12. 5. convivia publica absque vobis 24. 3. nonnulla absque feminis sacra sunt 27. 3. vates et ipsi absque templo 37. 8. absque enim notitia dei quae potest esse solida felicitas, cum mors sit?

III.

De enuntiatorum coordinatione.

De particulis copulativis. In pluribus rebus enumerandis Minucius Felix, cum tertio vel quarto membro aut attributum adiungat aut maiorem vim addat, »et« ponit, cuius usus Livium auctorem habet (cf. Kuehn. s. L. pag. 286.) Huius rei exempla haec collegi: 23. 12. conflatur, tunditur malleis et in incudibus figuratur 23. 12. caeditur, scalpitur et ab impurato homine levigatur. 24. 2 tergetis, mundatis, eraditis et illos quos facitis protegitis. 25. 3. rapuit, violavit,

inlusit et cum earum parentibus . . . bellum miscuit. 28. 8. serpentibus, crocodilis, beluis ceteris et avibus et piscibus. 32. 17 acies submovetur, obtutus intuentis hebetatur et omnis visus exstinguitur.

Et pro etiam positum saepissime apud Minucium legitur. cf. 2. 3. sane et ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxaverant. 7. 3. testis et Curtius 11. 3. qui sicut nascimur et interimus. 10. 1. nam et haec nimis multa sunt. 17. 5 vide et annum 21. 2. in eandem sententiam et Persaeus philosophatur. 22. 5 quasi et aversus incedat 26. 3. pullos edaces habuit et Paulus 27. 3. hinc sint et furentes 28. 8. nonne et Apim bovem cum Aegyptiis adoratis? 31. 2 sic de isto et tuus Fronto testimonium fecit. 31. 3. sic et deos colitis 34. 7 addunt istis et illa 34. 10. tu perire et deo credis 35. 6 apud nos et cogitare peccare est. Haec sufficiant.

Et = et imprimis 27. 1. a philosophis et a Platone.

Aeque et pro aeque ac positum est 17. 7. nonne auctorem suum parentemque testatur ver aeque cum suis floribus et aestas cum suis messibus?

Et ante negationem usurpatum exstat 19. 15 et nunquam publice nisi interrogati praedicamus 28. 2. et nunquam vel investigari vel probari (cf. Draeg. s. T. § 111.)

Et explicativum apud Minucium occurrit 5. 4. indolescendum est audere quosdam et hoc studiorum rudes. 12. 2. ecce pars vestrum, et maior, melior.

Et i. q. et tamen 24. 2. illos (sc. deos) quos facitis protegitis, et timetis 26. 3 nonne auguria servavit et captus est? (sc. Regulus.) 35. 6. vos adulteria prohibetis et facitis.

De et ipse (ebenfalls) supra dictum est.

Etiam et 25. 12. Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii (cf. Draeg. s. h. II pag. 32. et Ed. Woelffl. de lat. Cass. Fel. pag. 427.)

In compluribus membris, quae quidem parem habent circuitum, copulandis variat interdum Minucius particulas, qua re Tacitus liberrimus est. (Draeg. s. h. II pag. 63) cf. 22. 1. fata et funera et luctus atque planctus. 25. 7. Romulus, Picus, Tiberinus et Consus et Pilumnus ac Volumnus.

Nec particula pro ne — quidem posita exstat 20. 4. quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt. 28. 3. nos tamen, cum sacrilegos aliquos et incestos, parricidas etiam defendendos et tuendos susci-

piebamus, hos nec audiendos . . . putabamus. 30. 6. tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus. Adde haec: 29. 1. haec et huius modi propudia nobis non licet nec audire solche und ähnliche schändliche Thaten dürfen wir nicht einmal anhören. 11. 5. iniustos ipsos magis nec laboro, iam docui. (cf. C. Halm. in edit. pag. 15 n. 20. ipsos magis nec laboro alii prave distingunt, alii nec laboro in parenthesi ponunt; at ni fallimur, haec sententia est: iniustos ipsos magis esse ne laboro quidem docere, sed iam docui) non saltem = ne — quidem legimus 10. 3. (cf. Kuehn. l. gr. II 669. 6.)

Ita ut nec ebenso wenig wie 23. 12. nec sentit suae nativitatis iniuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione culturam.

Etiam non, quod apud Tacitum bis legitur ann. 13. 3. et 16. 22. (Draeg. s. T. § 122), apud Minucium 37. 12 occurrit: in scenicis etiam non minor furor et turpitudo prolixior.

De particulis adversativis. Sed et pro sed etiam a Minucio Felice uno loco ita positum est, ut tanquam subaudiendum sit non solum. (cf. Draeg. s. h. II pag. 109). Hic locus exstat 40. 1. Ego Octavio meo plurimum quantum, sed et mihi gratulor. Cogitandum est enim: non solum ego Octavio meo plurimum quantum gratulor, sed etiam mihi gratulor.

Formulam non solum — (solummodo, tantum, tantummodo, modo) sed etiam (verum etiam) Minucius ita variat, ut modo et pro etiam ponat, modo etiam omnino omittat. Haec exempla enotavi: 5. 11. in pace etiam non tantum aequatur nequitia melioribus, sed et colitur. 18. 3. nec universitati solummodo deus, sed et partibus consulit. 26. 10 magi quoque non tantum sciunt daemonas, sed et quidquid miraculi ludunt per daemonas faciunt. 29. 3. tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et adfixi hominis imitantur 31. 5. convivia non tantum pudica colimus, sed et sobria. 32. 7. ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est. 32. 9. non tantum sub illo agimus, sed et cum illo, ut prope dixerim, vivimus. 33. 1. non enim solum in oculis eius, sed in sinu vivimus. 37. 4. non dexteram solum, sed totum corpus uri. 39. 1. non tantum facilem, sed et favorabilem.

Non — sed pro non modo — sed etiam positum legitur 31. 5. at nos pudorem non facie, sed mente praestamus. Addatur 25. 9. Aegyptia illa non numina, sed portenta ich darf nicht sagen Gottheiten, sondern Ungeheuer.

Quod ad **particularum disiunctivarum** usum attinet, id potissimum memorandum videtur, Minucium in compluribus membris enumerandis variasse particulas. Cfr. 7. 2. vel ut remuneraretur . . vel ut averteretur aut placaretur. 10. 3. unde autem vel quis ille aut ubi deus? 34. 11. corpus omne sive arescit in pulverem sive in humorem solvitur vel in cinerem comprimitur vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis. 37. 5. cum Mucio vel cum Aquilio aut Regulo.

Vel = vel potius exstat 30. 4. et Mercurio Gallis humanas vel inhumanas victimas caedere sc. ritus fuit. (cfr. Cic. de amic. 12. Philipp. 2. 12.)

Vel = et 1. 3. eadem velle vel nolle 20. 2. fabellis suis delectata vel capta 21. 7. Terrae enim vel Caeli filius. 25. 12. cibo vel fastidio.

De particularum causalium usu nihil mentione dignum repperi, nisi Minucium formulas compositas at enim, sed enim, iam enim usurpasse, quarum particularum compositio per ellipsim intellegenda est. (cf. Draeg. s. h. II pag. 171.) Cfr. 26. 1. Jam enim venio ad illa auspicia et auguria Romana. 32. 4. at enim quem colimus deum, nec ostendimus nec videmus. 32. 7. sed enim deus actum hominis ignorat. 37. 3. at enim dei miles nec in dolore deseritur nec morte finitur. 38. 4. at enim nos exsequias adornamus eadem tranquillitate, qua vivimus.

De particulis conclusivis. Itaqe apud Minucium promiscue et primum et secundum obtinet locum. (cf. Draeg. s. h. II pag. 183.) 3. 4. sensim itaque tranquilleque 16. 6. nihil itaque indignandum 19. 14. Platoni itaque in Timaeo 21. 5. is itaque Saturnus. Aliis locis haec particula primum locum tenet. cf. 14. 5. 21. 6. 36. 9. 40. 2.

Igitur. Idem dicendum est de igitur particula, quae primo, secundo, tertio loco posita est. (cf. Draeg. s. h. II pag. 179 sq.) 2. 3. igitur post unum et alterum diem 4. 1. igitur cum omnes 14. 6. igitur nobis providendum est 25. 6 igitur Romani non ideo tanti 36. 6. igitur ut qui viam terit. At cf. 6. 1. cum igitur 21. 7 homo igitur 23. 13 quando igitur hic nascitur? 27. 1. Isti igitur impuri spiritus 31. 4. merito igitur. 37. 11. nos igitur. 40. 1. Dum istaec igitur apud me tacitus evolvo.

Ideo particula, quae quidem apud praestantissimos scriptores raro usurpatur, Minucius saepius utitur. (Draeg. s. h. II pag. 186.)

Cfr. 18. 8. et ideo sic eum digne aestimamus 19. 13 et ideo quaeri non oportere 21. 11. an ideo cessavit ista generatio, quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio? 23. 2. et Plato ideo praeclare Homerum . . . . de civitate . . . eiecit. 26. 2. Clodius scilicet et Flaminius et Iunius ideo exercitus perdiderunt, quod. 27. 8. ideo inserti mentibus imperitorum odium nostri serunt. 35. 2 et ideo apud eos etiam ipse rex Juppiter . . . . . iurat 36. 1. et ideo actus hominis, non dignitas iudicatur.

Proinde, quod apud plurimos scriptores in adhortationibus vel cum coniunctivo vel cum imperativo usurpatur, apud Minucium Felicem uno loco cum indicativo coniunctum exstat idemque significat quod itaque. (cf. Draeg. s. h. II 188 sq.) 5. 2. proinde si mihi quasi novus aliqui et quasi ignarus partis utriusque considas, nullum negotium est patefacere Sed cf. 12. 7. proinde . . . desinite caeli plagas et mundi fata et secreta rimari. 38. 5 proiude Socrates scurra Atticus viderit.

De asyndeto. Etsi varia asyndeti genera apud Ciceronem, Sallustium, Livium, Tacitum, alios scriptores frequentia sunt, tamen Minucius Felix hoc scribendi genus adeo exercuit, ut in quavis fere pagina dialogi asyndeta legantur. Cumulatione enim substantivorum, adiectivorum, verborum animos legentium allicere studet. Ac potissimum plures voces eiusdem significationis ἀσυνδέτως copulare solet.

Asyndeti formam ab eo in deliciis haberi ostendunt exempla haec: a) nomina substantiva 2. 1. relicta domo, coniuge, liberis. 9. 6. liberis, sororibus, matribus. 12. 4. minae, supplicia, tormenta 16. 5. aetatis, sexus, dignitatis 18. 4. providentiam, ordinem, legem. 21. 1. natales, patrias, sepulcra 24. 1. mures, hirundines, milui 37. 12. stupra, suspiria, odia b) adiectiva. 4. 1. tacens, anxius, segregatus. 5. 2. dubia, incerta, suspensa. 5. 4. studiorum rudes, litterarum profanos, expertes artium. 10. 3. unicus, solitarius, destitutus 12. 6. pallidi, trepidi, misericordia digni 12. 7. indoctis, impolitis, rudibus, agrestibus. 16. 1. errantem, vagam, lubricam. 16. 5. inliteratos, pauperes, imperitos 16. 5. plebeios, indoctos, seminudos. 19. 2. apertius, proximius, verius 20. 5. improvidi, creduli. 25. 2. perditi, facinerosi, incesti 26. 11. terrenos, vagos, humanitatis inimicos. 38. 4. quieti, modesti, securi c) verborum coordinatio, quae a ceteris scriptoribus rarius adhibetur, apud nostrum frequentissima est (cf. Draeg. s. h. II pag. 198.) 5. 7. coalita, digesta, formata 5. 8. nascitur, inspiratur, attolitur. 5. 8. dividitur, solvitur, dissipatur 7. 6. videmus, audimus,

agnoscimus. 7. 6. negamus, nolumus, peieramus. 14. 7. eligere, probare, suscipere. 16. 4. iactetur, aestuet, fluctuetur. 16. 5. aegre se ferre, stomachari, indignari, dolere. 17. 2. cohaerentia, conexa, concatenata 17. 2. adgnoscimus, sentimus, imitamur. 17. 4. inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur 17. 6 sentiri, perspici, intellegi. 18. 4. exculta, disposita, ornata. 23. 3. vinxit, vulneravit, fugavit. 23. 11. suspenditur, caeditur, dolatur, runcinatur, 23. 13. funditur, fabricatur, sculpitur 23. 13. plumbatur, construitur, erigitur. 23. 13 ornatur, consecratur, oratur. 25. 1. dedit, auxit, fundavit. 25. 5. tenent, colunt, possident. 30. 1. caedat, fundat, exhauriat. 32. 4. tonat, fulgurat, fulminat 32. 5. impelluntur, vibrantur, agitantur. 39. 1. retudisset, ostendisset. 29. 4. velit nolit. (cf. Draeg. s. h. II pag. 206 et Madwig. lat. gr. 492 in adnot.: »Statt sive volo sive nolo heisst es in der täglichen Rede auch velim nolim Cic. ad Q. frat. III 8. 4., auch de nat. d. 1. 7. im Gesprächston.«) Haec sufficiant, quamquam exemplorum numerus nondum exhaustus est.

Sed in enumerandis nominibus propriis asyndeti formam plerumque Minucius neglexit, qua re a Tacito et Floro potissimum, Taciteae elocutionis imitatore, recessit. (Cfr. Tac. ann. 1. 10., 6. 7., 11. 6., Flor. 3. 5. 4., 3. 19. 7., 3. 21. 3.) 19. 10. Zenon et Chrysippus et Cleanthes. 19. 11. Hesiodi. Homeri Orpheique. 21. 1. Dictaei Iovis et Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleusiniae. 25. 7. Romulus, Picus, Tiberinus et Consus et Pilumnus ac Volumnus. 25. 9. vel Mars vel Juppiter vel Juno vel Diana vel Mater Idaea. 25. 12. Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii 25. 12. Pontifices et Arvales et Salios et Vestales et Augures. 26. 2. Clodius et Flaminius et Junius. 27. 6. Saturnus et Serapis et Juppiter 37. 5. cum Mucio vel cum Aquilio aut Regulo. 38. 5. Arcesilas et Carneades et Pyrro et omnis Academicorum multitudo. (cf. Draeg. s. T. pag. 51.)

Nec denique deest apud Minucium Felicem asyndeton adversativum. cf. 37. 10 pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur 37. 12. homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis. Sed hoc hactenus.

IV.

De enuntiatorum subordinatione.

Quod attinet ad enuntiatorum substantivorum quae dicuntur usum haec memorabo:

Infinitivi insolentius a verbis pendentis Tacitum secundum argenteae latinitatis morem amantissimum esse Draegerus in Tac. synt. pag. 56 multis exemplis comprobat. Qua in re apud Minucium Felicem haec leguntur:

3. 6. is lusus est testam . . . legere. 8. 5. dum mori post mortem timent, interim mori non timent. 17. 2. nihil nata sunt prospicere nisi pabulum. 19. 4. sapientes esse meruerunt. 20. 4. illis erat libenter audire 20. 5. dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre (cf. Kuehn. l. gr. II pag. 496 a. 2.) 21. 10. optant in homine perseverare (cf. Kuehn. l. c.) 25. 5. nam adorare quae manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numina. 29. 2. qui putatis deum credi aut meruisse noxium ant potuisse terrenum. 31. 6. nec in angulis garruli, si audire nos publice aut erubescitis aut timetis. 35. 6 apud nos et cogitare peccare est.

Accusativus cum infinitivo: mirum est 5. 3. quo minus mirum est nonnullos . . . succumbere (at cf. 16. 4. nullum miraculum est, si Caecilius . . . iactetur, aestuet, fluctuetur. 32. 5. nec mireris, si Deum non vides. 34. 5. ita nihil mirum est, si ista moles ab eo quo exstructa est destruatur. 38. 3. miror quemadmodum tribuatis) Dubito, delibero: 23. 9. Quis ergo dubitat hominum imagines consecratas vulgus orare et publice colere? 38. 2. quis autem ille qui dubitat vernis indulgere nos floribus. 35. 4. eos autem merito torqueri qui Deum nesciunt, ut impios, ut iniustos, nisi profanus nemo deliberat i. e. dubitat. Metuo, erubesco. 21. 10. fieri se deos metuunt 23. 10 erubescet timere se materiem. Perfero. 37. 4. et quot ex nostris non dexteram solum, sed totum corpus uri, cremari sine ullis eiulatibus pertulerunt.

In interrogationibus indirectis quas vocant Minucius Felix promiscue modo coniunctivum modo indicativum adhibet. Cfr. 5. 1. quamquam tibi, Marce frater, de quo cum maxime quaerimus non sit ambiguum. 17. 5. iam scies quam sit in eo summi moderatoris mira et divina libratio.

Inter particulas interrogationis indirectae commemorabo utrumne — an 11. 7., de qua verba facit Draegerus in s. Tac. § 153. 3.

Ut sive quam ex verbis sentiendi et declarandi pendent his locis: (cf. Draeg. l. c. 153. 4.) 12. 1. nec saltem de praesentibus capitis experimentum, quam nos inritae pollicitationis cassa vota decipiant! 17. 5. vide et annum ut solis ambitus faciat et mensem vide ut luna auctu . . . circumagat. 17. 5. caelum ipsum vide quam late tenditur, quam rapide volvitur 17. 9. quidquid arborum est vide, quam e terrae visceribus animatur. Denique huc pertinet locutio illa quae interrogationi indirectae similis est, (cf. Draeg. l. c. § 154) »plurimum quantum.« Bis apud Minucium exstat 23. 1. et 40. 1.

De enuntiatis attributivis pauca memoranda sunt. Promiscue in illis et coniunctivum et indicativum variari, haec doceant exempla: 14. 7. mira subtilitas, quae nonnumquam ubertate dicendi fidem confessae probationis imitetur. 17. 3. sacrilegii enim vel maximi instar est humi quaerere, quod in sublimi debeas invenire. 18. 7. qui nativitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem, qui ante mundum fuerit, sibi ipse pro mundo, qui universa quaecumque sunt, verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. 34. 10. porro difficilius est id quod non sit incipere quam id quod fuerit iterare. 36. 4. et tamen qui potest pauper esse, qui non eget, qui non inhiat alieno, qui deo dives est? 38. 2. quis autem ille qui dubitat? 40. 2. itaque quod pertineat ad summam quaestionis.

De enuntiatis temporalibus.

Cum insolentius coniunctum est cum perfecto indicativi. 3. 5. cum ad id loci ventum est, . . . pueros vidimus certatim gestientes testarum in mare iaculationibus ludere.

Dum causali vi iam apud Ciceronem fungitur, sed nonnisi sequente tempore perfecto; praesens primus Ovidius adiunxit. (cf. Draeg. s. T. § 168 et Egen. l. c. pag. 29.) Exempla Minuciana sunt: 6. 2. sic imperium suum ultra solis vias et ipsius Oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis virginibus . . . . , dum . . . colunt deos e. q. s. 6. 3. sic dum universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt. 14. 4. qui dum verborum lenocinio a rerum intentionibus avocantur, sine dilectu adsentiuntur dictis omnibus. 20. 5. erga deos quoque maiores nostri . . . . crediderunt, dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere. 24. 2.

vos tergitis, mundatis, eraditis et illos quos facitis protegitis, et timetis, dum unusquisque vestrum non cogitat prius se debere deum nosse quam colere, dum inconsulte gestiunt . . . . , dum fieri malunt . . . . . . , dum nihil ex his quae timent norunt. 37. 12 nunc enervis histrio amorem dum fingit infligit.

Uno loco dum positum est, ubi exspectes ut. 18. 8. et ideo sic eum (sc. Deum) digne aestimamus, dum inaestimabilem dicimus.

De enuntiatis modalibus. In duabus sententiis inter se comparandis Minucius Felix his utitur formulis, quae plus minusve etiam in aliorum scriptorum usu sunt:

Ut — ita 14. 1. ut Christianorum praecipuus, ita postremus philosophorum. 34. 10. ut audeat repugnare hominem a deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari. 36. 3. animus enim ut luxu solvitur, ita frugalitate firmatur. 36. 6. ut qui viam terit eo felicior quo levior incedit, ita beatior in hoc itinere vivendi qui paupertate se sublevat.

Ita — ut 34. 11. ita corpus in sepulcro ut arbores in hiberno. 35. 5. quamquam imperitia dei sufficiat ita, ut notitia prosit ad veniam, tamen e. q. s.

Ut — sic, prout — ita. 16. 3. ut qui rectam viam nescit, ubi, ut fit, in plures una diffinditur, haeret anxius . . . . , sic cui non est veri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur, ita eius dubia opinio dissipatur. 36. 9. itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur.

Sicut — ita 34. 10. sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari. 35. 3. sicut ignes fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis . . . . flagrant nec erogantur, ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.

Tam — quam: nemo tam pauper potest esse quam natus est 36. 5.

Quod pertinet ad **enuntiatorum proportionalium** usum vix quidquam memoratu dignum videtur esse, nisi »prout« quo Cicero, Livius, Seneca raro, Tacitus frequentius utuntur, aqud Minucium uno loco, nisi quid me fugit, legi atque indicativum asciscere. Hic locus exstat 27. 7. prout fides patientis adiuvat aut gratia curantis adspirat.

De **enuntiatorum causalium** usu adnotandum est quatenus a Minucio pro quoniam adhibitum esse 5. 6.

quoniam = quod. (cf. Draeg. s. T. § 188 et H. Roensch. l. c. pag. 402.) 21. 11. an ideo cessavit ista generatio, quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio?

cum sequente indicativo ursurpatum exstat 18. 10. illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est?

utpote cum 1. 3. utpote cum et ipse tanto nostri semper amore flagraverit 5. 1. utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus repudiaris alterum, alterum comprobaris.

quippe cum. 4. 6. quippe cum amicitia pares semper aut accipiat aut faciat.

quod cum coniunctivo sine causa iunctum legitur 14. 3. quod plerumque . . . . etiam perspicuae veritatis condicio mutetur. 26. 6. et Demosthenes quod sciret responsa simulata, φιλιππίζειν Pythiam querebatur.

Hoc loco adiciam particulam quod uno loco ex verbo respondendi pendere; qua de re verba faciunt O. Reblingius l. c. pag. 12 et C. Sittl. l. c. pag. 110. Cf. 13. 4. postremo cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille, quod sibi quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior.

(Etiam ut particula uno loco usurpata est praecedenti verbo dicendi. Cfr. 27. 4. de ipsis etiam illa (sc. dicenda sunt) quae paulo ante tibi dicta sunt, ut Juppiter ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores viderentur, ut cingulum matronae navicula sequeretur.)

quod was anbetrifft occurit 38. 1. quod vero sacrificiorum reliquias et pocula delibata contemnimus, non confessio timoris est, sed verae libertatis adsertio.

De enuntiatis condicionalibus. Coniunctivus praesentis vel perfecti post »si« legitur exempli gratia his locis: 5. 2. proinde si mihi quasi novus aliqui et quasi ignarus partis utriusque considas, nullum negotium est patefacere e. q. s. 11. 5. multa ad haec subpetunt, ni festinet oratio. 24. 1. nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant.

Si cum coniunctivo repetitionis iunctum exstat 28. 4. si qui infirmior malo pressus et victus Christianum se negasset, favebamus ei.

Si ex verbis affectus pendet 16. 4. nullum itaque miraculum est, si Caecilius . . . . iactetur, aestuet, fluctuetur. 16. 6. nihil itaque indignandum vel dolendum, si quicunque de divinis quaerat. 32. 5. nec mireris, si Deum non vides. 34. 5. ita nihil mirum est, si ista moles ab eo quo exstructa est, destruatur.

Velut pro velutsi positum est 3. 3. velut sterneret ambulacro (De hoc raro usu verba facit Kuehnerus l. g. II pag. 966.)

Si pro utinam cum coniunctivo perfecti iunctum invenimus 18. 11. si deus dederit.

De enuntiatis concessivis.

Quamquam cum coniunctivo iunctum, qui est usus Taciteus teste Draegero, apud Minucium Felicem exstat. 5. 1. Quamquam tibi, Marce frater, de quo cum maxime quaerimus, non sit ambiguum . . . , in praesentiarum tamen ita tibi informandus est animus, e. q. s. 14. 3. quamquam magnum in modum me subtili varietate tua delectarit oratio. 26. 7. quamquam inter multa mendacia videri possit industriam casus imitatus, adgrediar tamen . . . 35. 5. et quamquam imperitia Dei sufficiat ad poenam.

quamquam etsi 11. 5. quamquam etsi iustos darem, culpam tamen vel innocentiam fato tribui sententia est plurimorum, etiam vestra consensio est.

quamlibet 37. 9. et quamlibet sis multo comitatu stipatus. (Draegerus in s. h. II pag. 771)

Quibus adde hos locos: 5. 7. sint principio omnium semina natura in se coeunte dènsata, quis hic auctor deus? sint . . . membra coalita, digesta, formata, quis deus machinator? sidera licet ignis accenderit et caelum licet sua materia suspenderit, licet terram sua fundaverit pondere et mare licet confluxerit e liquore, unde haec religio, unde formido? 36. 1. sit sors fortunae, mens tamen libera est.

quamvis cum indicativo iunctum legitur 35. 5. quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est.

V.

De gerundio et participio.

Ablativi gerundii cum accusativo obiecti coniuncti usus inde a Livii aetate observatur; ex Minucio Felice excerpsi hoc exemplum: 37. 12. idem deos vestros induendo stupra, suspiria, odia dedecorat.

Ablativus gerundii participii praesentis vice fungitur, cuius usus Livium amantissimum fuisse Draegerus h. s. II 847 memorat, his

locis: 2. 4. cum diluculo ad mare inambulando litore pergeremus i. q. inambulantes. 8. 2. nullos deos adseverando i. q. adseverantes 19. 10. interpretando i. q. interpretans. 19. 10. monstrando i. q. monstrans. 21. 2. errando i. q. errantes.

Saepius Minucius, ut orationem brevem et illustrem efficeret, participia cum nominibus coniuncta substantivorum abstactorum loco posuit. (cfr. Draeg. s. h. II pag. 779 sqq.) 7. 4. frequentius etiam quam volebamus deorum praesentiam contempta auspicia contestata sunt. 9. 1. serpentibus in dies perditis moribus. 29. 3. totum enim eius auxilium cum exstincto homine finitur.

fero sequente participio 8. 1. neminem fero tanta audacia tamque inreligiosa nescio qua prudentia tumescentem, qui e. q. s. ich dulde nicht, dass irgend einer mit so grosser Frechheit und so frevelhaftem Vorwitz sich aufbläht, dass er etc.

sustineo sequente participio 8. 3. sustinebitis enim me impetum susceptae actionis liberius exserentem denn ihr werdet es dulden, dass ich im Eifer für die übernommene Streitsache mich mit grösserer Freimütigkeit ausspreche.

Pars altera.

I.

De collocatione vocabulorum.

In vocabulorum collocatione maxima proprietas cernitur stili Minuciani. Nam vulgaris moris taedio captus vocabulis novam quandam vim additurus, quo magis in se converterent legentium animos, iis insolitum in enuntiato locum assignavit.

In adiectivis collocandis quae a nominibus propriis derivantur, certis legibus non obtemperat, quod illa adiectiva partim ante partim post nomina posuit. Cfr. 8. 2. Theodorus Cyrenaeus 8. 2. Diagoras Melius 8. 3. Abderiten Pythagoram 7. 5. Romana civitas 10. 4 Romana superstitio 10. 4. Romanis numinibus 25. 1. iustitia Romana 19. 2. Mantuanus Maro 19. 4. Thales Milesius 19. 4. Milesius Thales 19. 5. Apolloniates Diogenes 19. 9. Heraclides Ponticus 19. 12. Babylonio Diogeni 19. 13. Socraticus Xenophon 19. 13. Ariston Stoicus 25. 9. Mars Thracius 25. 9. Juppiter Creticus 30. 4. Latiaris Juppiter.

Sed nonnumquam ex chiasmi usu varia cognominum collocatio intellegitur. Cfr. 30. 4. Tauris Ponticis et Aegyptio Busiridi. 21. 1. Dictaei Jovis et Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleusiniae.

Praeterea Minucius substantivum et attributum aliis sententiae partibus libentissime disiungit, qua in re licentior est quam ceteri scriptores (cf. Draeg. s. T. pag. 86.) Haec pauca exempla congessi: 19. 10. publicum arguit graviter et revincit errorem 20. 1. multis licet designasse nominibus 26. 12. in Symposio etiam suo. 31. 8. mutuo quod doletis amore. 32. 2 in nostra dedicandus est mente. 32. 2. in nostro immo consecrandus est pectore. 38. 2. vernis indulgere nos floribus. 40. 3. cum maxima iudicandi mihi invidia detracta sit.

Multis locis adiectivo vel pronomini plerumque a scriptoribus anteposito posteriorem locum tribuit. Illud quidem negari non

potest etiam apud eos, qui ante Minucium floruerunt scriptores similem collocationem singillatim inveniri, sed frequentius ac licentius eam usurpavit Minucius Felix. Cuius rei exempla haec apud eum adnotavi: 5. 8. animal omne 8. 2. timorem omnem 9. 6. sacrilegiis omnibus 9. 6. sexus omnis homines et omnis aetatis 10. 5. factis omnibus, locis omnibus 11. 1. elementorum omnium 19. 7. animalium omnium 22. 1. annis omnibus 23. 10. simulacrum omne 25. 5. templa omnia 28. 10. sexus omnis, membris omnibus 29. 3. spes omnis 32. 8. terris omnibus 34. 2. mundus hic omnis 34. 10. corpus omne 17. 3. mundi totius 33. 1. mundus hic totns 19. 7. deos multos 11. 7. corporibus quibus 17. 8. providentiae quantae 23. 10. tormentis quibus 32. 1. templum quod ei exstruam?

Quod ad verbi collocationem attinet, Minucius praedicatum, quo maiorem vim addat aliis enuntiati partibus, saepius anteponit, ita ut subiectum finem enuntiati occupet. (cf. Draeg. s. T. § 219. 2.) Collegi exempla haec: 1. 5 in illo praecipue sermone eius mentis meae resedit intentio 2. 2. cum augeret maxime laetitiam meam amicissimi hominis inopinata praesentia. 7. 3. testis ludorum offensi Jovis de somnio plebei hominis iteratio. 7. 3. testes equestrium fratrum in lacu sicut se ostenderant statuae consecratae. 4. 3. iam dudum me Octavi nostri acriter angit et remordet oratio. 9. 1. eruenda prorsus haec et exsecranda consensio. 10. 1. quae aut omnia aut pleraque vera declarat ipsius pravae religionis obscuritas. 13. 3. hoc fonte defluxit Arcesilae et multo post Carneadis et Academicorum plurimorum in summis quaestionibus tuta dubitatio. 15. 2. nec avocanda quod quereris diutius intentio. 17. 6. ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio. 31. 5. ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.

Sed huic usui non multum tribuendum est, cum non solum apud Minucium, verum etiam apud alios scriptores saepissime occurat.

Memorandum deinceps est apud Minucium, cum duo vel substantiva vel adiectiva vel verba ad idem vocabulum pertinent, hoc plerumque medium locum obtinere. Cfr. 7. 3. spumantibus equis atque fumantibus 8. 5. incerta metuunt et futura. 10. 5. ostendere possunt nec videre. 18. 7. dividi credas et scindi. 19. 8 aut otiosos fingit aut nullos 19. 10 naturalem legem atque divinam. 19. 11. arguit graviter et revincit. 21. 5. rudes homines et agrestes. 21. 10. nec ortum habet nec occasum. 22. 5. claudus deus et debilis. 26. 3. missus est et deditus. 26. 6. politiores homines et minus

creduli. 26. 10. declinabat negotia vel petebat. 29. 7. inauratae cruces sunt et ornatae. 29. 8. et cum erigitur iugum, crucis signum est, et cum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur. 30. 2. nec videre fas nec audire. 32. 6. nec aspicere possis nec tenere. 5. 9. homines noxios feriunt saepe et saepe religiosos. (Hoc loco sequor emendationem a Klussmanno in nov. mus. Rhen. tom. XXIII pag. 543 prolatam, qui ut omnis orationis aequabilitas restitueretur, vocem saepe recribendam esse censuit post verbum feriunt. Neque enim fulmina semper noxios, saepe religiosos ferire, sed nullo facto discrimine et noxios et religiosos, recte ille ex mea quidem sententia memoravit.)

Ac nonnumquam a Minucio commune in medio positum repetitur. Cuius rei exempla afferam haec: 4. 2. alacritatem tuam illam et illam oculorum etiam in seriis hilaritatem requiro. 5. 5. beati satis satisque prudentes. 9. 6. sexus omnis homines et omnis aetatis. 21. 1. lege historicorum scripta vel scripta sapientium. 22. 1. sacra ipsa et ipsa mysteria. 23. 10. tormentis quibus et quibus machinis. 28. 7. boum capita et capita vervecum. 35. 4. parentem omnium et omnium dominum. 5. 3. itaque indignandum omnibus et omnibus indolescendum est. (Recipio enim coniecturam ab Aemilio Baehrensio in lect. lat. prolatam. Diss. Bonn. 1870 pag. 23 sq. Sic cum Baehrensio recte legendum esse censeo, non ut Halmius edidit: itaqne indignandum omnibus, indolescendum est.)

Neque coniunctionum et adverbiorum, quam dicunt, anastrophen Minucius neglexit. Sic itaque secundum locum sibi vindicat, cuius rei exempla supra allata sunt; tamen quarto loco legitur 32. 5. 36. 5. licet 5. 7. sidera licet ignis accenderit et caelum licet sua materia suspenderit, licet terram sua fundaverit pondere et mare licet confluxerit e liquore.

Cf. deinde 1. 3. nostri semper amore. 5. 3. investigandae penitus veritatis. 5. 4. artium etiam sordidarum. 12. 5. suspensi interim atque solliciti. 23. 1. carminibus praecipue poëtarum. 31. 6. de ultima statim plebe 40. 2. sectae iam nostrae.

II.

De orationis variatione.

Quae pertinent ad orationis variationem, haud ita multa sunt quae mentione digna videantur. Ac primum quidem Minucius orationis variandae studio ductus intra enuntiata singulorum membrorum concinnitatem violat. Ita inter se permutantur a) personae verbi 3. 5. sed ubi . . . . consumpsimus, eandem emensi viam terebamus, et cum ad id loci ventum est, ... pueros vidimus. 6. 2. sic eorum potestas et auctoritas totius orbis ambitus occupavit, sic imperium suum . . . . propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam (debebat esse exercet, ut praecedens propagavit, occupavit.) b) tempora cf. 3. 2. sq. tenebamus — delectati sumus — legebamus. 28. 2. idem fecimus et eadem . . . . sentiebamus. c) personae et res. 7. 6. dant cautelam periculis, morbis medelam, spem adflictis, opem miseris, solacium calamitatibus, laboribus levamentum.

Deinde significationum variationem adamavit. Sic ad significandum id quod nos dicimus »verhöhnen« apud illum legitur 8. 4. sq. despiciunt, despuunt, rident, spernunt. 7. 5. omitto vetera . . . , neglego carmina poëtarum, . . . fata transilio. 21. 12. ut iam eos nec caelum contineret nec aer caperet nec terra gestaret. 25. 7. quid autem isti dii pro Romanis possunt, qui nihil pro suis adversus eorum arma valuerunt? 14. 7. ex altera parte — ex altero latere.

Ac quoniam de orationis variatione dictum est, in mentionem incidi nonnullorum aliorum exemplorum, quae quamquam ad grammaticam formalem pertinent, tamen hoc loco non praetermittenda esse existimo; dico autem varias eiusdem vocabuli formas. Sic Minucius 19. 15. »fere,« habet, 20. 1. »ferme,« 25. 7; 25. 9; 37. 1 »adversus,« 25. 9; 28. 10; 31. 1; 37. 1. (bis) »adversum.« 11. 5. 18. 5. »ni,« reliquis locis »nisi« 37. 4. »dexteram« et »dextram.«

III.

De orationis brevitate.

Brevitati quoque in rebus enarrandis studuit Minucius Felix. De multis rebus huc pertinentibus in priore parte huius speciminis disputavimus, ut de ellipsi verbi substantivi, qua nihil est apud scriptorem nostrum frequentius, de verbis oriendi, movendi, dicendi etc. omissis, de asyndeto et quae sunt similia. Restat ut nonnullis aliis exemplis rem confirmem ac comprobem. Atque primum quidem Minucius attributa omisso substantivo usurpat. Exempla enotavi haec: 4. 5. in altum sc. mare 11. 4. ferae sc. bestiae 18. 6. par Thebanorum sc. fratrum i. e. Eteocles et Polynices 18. 6. gemini sc. fratres i. e. Romulus et Remus 19. 11. eadem sc. ratione 21. 7. in hodiernum sc. diem 22. 7. alternis sc. vicibus 22. 4. Dindyma sc. sacra 24. 4. obscena sc. membra 24. 5. male sanos et vanae et perditae mentis sc. homines. 29. 1. pluribus sc. verbis 33. 2. priorum sc. temporum 33. 2. posteriorum sc. temporum. 34. 11. in hiberno sc. tempore 40. 2. crastino sc. die.

Deinde vocabulum, quod ter erat ponendum, semel omittit Cfr. 8. 1. tam vetustam, utilem, tam salubrem (tam omissum est, quod addidit Gelenius) 19. 10. Cleanthes enim mentem, modo animum, modo aethera, plerumque rationem deum disseruit. (modo ante mentem desideratur.)

Potius deest 5. 3. quo minus mirum est nonnullos taedio investigandae penitus veritatis cuilibet opinioni temere succumbere quam in explorando pertinaci diligentia perseverare. Sed comparativus crebro subauditur. cf. Nep. Dat. 8. 1. tamen statuit congredi quam cum tantis copiis refugere. Liv. 23. 43. 13. ipsorum quam Hannibalis interesse capta an tradita Nola potiretur. Gell. 2. 7. declinanda sensim et relinquenda esse dicunt quam respuenda.

Accedit frequentia participiorum et ablativorum absolutorum, qua in re Minucius cum Tacito ipso certare videtur, cum id potissimum agat, ut quam plurimas res paucissimis amplectatur verbis. Cuius rei exempla haec tantum afferam: 2. 4. itaque cum diluculo ad mare inambulando litore pergeremus, ut et aura adspirans leniter membra vegetaret et cum eximia voluptate molli vestigio cedens harena subsideret, Caecilius simulacro Serapidis denotato, ut vulgus supersti-

tiosus solet, manum ori admovens osculum labiis impressit. 3. 5. cum ad id loci ventum est, ubi subductae naviculae substratis roboribus a terrena labe suspensae quiscebant, pueros vidimus certatim gestientes testarum in mare iaculationibus ludere.

Huc cadit etiam comparatio compendiaria (cf. Draeg. s. T. p. 98.) 19. 4. vides philosophi principalis nobiscum penitus opinionem consonare (exspectes cum opinione nostra.)

Denique memoranda est constructio praegnans, quae adhibita est 11. 2. renasci se ferunt post mortem et cineres et favillas sie sagen, sie ständen nach dem Tode wieder auf, wenn sie auch Asche und Staub geworden wären. 24. 5. in ista desipere. Huic verbo inest significatio praegnans »desipere et prolabi in ista,« auf derartige Thorheiten verfallen. 29. 5. ad imagines supplicant sie eilen zu den Götterbildern und verehren sie. 31. 7. nam in pulcro genere vivendi et perstat et perseverat suus, denn bei einer schönen Lebensweise beharrt derjenige fest, der sie einmal zu der seinigen gemacht hat. 36. 9. usque ad extremam mortem bis zum letzten Augenblicke des Lebens. 40. 2. de sectae iam nostrae sinceritate consentio ich bin von der Reinheit der Gesellschaft, zu der ich nunmehr gehöre, überzeugt. Adiciam: lateris ambitione 4. 6. dadurch, dass sie mich zu beiden Seiten umgaben.

IV.

De poëtica orationis indole.

Quod attinet ad poëticum orationis colorem Minucius Felix aeque atque alii scriptores Africani licentias poëtarum summa cum audacia sibi vindicat. Cf. Carol. Sittl. l. c. pag. 109 sq. »Freiheiten der Dichter gebrauchten sie (die Afrikaner) mit solcher Kühnheit in der Prosa, wie sie jene kaum im Verse anzuwenden wagten; es erklärt sich aus dem orientalischen Blute, das in den Adern der Afrikaner rollte z. B. hortus ebrius Min Fel.« Cf. Luebkert. in edit. pag. 84. »Minucius macht nicht selten von ungewöhnlichen Ausdrücken und Bedeutungen Gebrauch und redet oft die dichterische Sprache.« Ac primum quidem res inanimas tanquam personas in-

ducit, ita ut iis tribuat quae animatis proprie conveniunt. Quam quidem rem nonnullis illustrabimus exemplis. Cf. 3. 4. fabulis iter fallentibus 6. 2. potestas et auctoritas totius orbis ambitum occupavit 6. 2. ferociente victoria. 9. 1. serpentibus perditis moribus 9. 2. vana et demens superstitio sceleribus gloriatur. 9. 3. sagax fama loqueretur. 11. 5. festinet oratio. 11. 8. aetas abiit. 17. 6. recursantes vices 17. 8. hiems urit 17. 8. anni revertentis 17. 11. ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo deum fatetur artificem 31. 3. memoriae et tragoediae incestis gloriantur. Haec sufficiant exempla. Venio ad translationis usum, cuius amantissimus est dialogi nostri scriptor. Exornat igitur orationem pulcherrimis poëticis artificiis, quorum nonnulla adferamus: »fluere« 11. 8. saecula innumera fluxerunt. 13. 3. hoc fonte defluxit tota dubitatio. 21. 9. mortalitas in ceteros influxerit. 16. 1. ut conviciorum amarissimam labem verborum veracium flumine diluamus »fundere« 19. 2. infusa mens 26. 8. errorem pravitatis infundere 26. 12 ardorem cupiditatis infundere. 32. 7. deus infusus est 14. 1. effusae orationis impetus. »miscere« 7. 6 mixti deo vates »flagrare« 9. 2. religio libidinum miscetur. 20. 6. ritus suos moresque miscerent 25. 3. bellum miscuit 28. 2. convivia incesta miscerent »flagrare« 1. 3. amore flagraverit 25. 11. flagrans libido »exardescere« 9. 6 furor exarsit 5. 10. belli ardor 27. 5. orationis incendiis. »nectere« 11. 2. fabulas adstruunt et adnectunt. 31. 4. incesti fabulam nectitis. »spargere« 16. 3. suspicio spargitur. 21. 12. sparsis membris. 28. 6. fama insparsis mendaciis alitur 31. 1. ut gloriam pudicitiae deformis infamiae aspersione macularet. 31. 2. convicium ut orator aspersit. 31. 4. Venerem spargitis. »exstinguere« 30. 2. originem futuri hominis exstinguant. 32. 5. omnis visus exstinguitur »exuere« 22. 7. ut hominem exuat. »serere« 27. 8. odium serunt 31. 4. liberos seritis Alia exempla Minuciana exstant: 5. 9. ignium seminibus 3. 3. limen aequoris 3. 6. summis fluctibus tonsis 3. 6. ut illud iaculum dorsum maris raderet. 1. 4. cum discussa caligine de tenebrarum profundo in lucem sapientiae et veritatis emergerem. 7. 2. imminens ira aut iam tumens et saeviens. 14. 1. indignationis tumorem. 26. 8. spiritus vitiis immersi. 25. 1. ab ipsis imperii nascentis incunabulis. 35. 6. de vestro numero carcer exaestuat. Sed hoc hactenus, quamquam exemplorum copia nondum exhausta est. De verbis simplicibus more poëtico pro compositis usurpatis iam alio loco disputatum est.

V.

De rhetorica orationis indole.

Ut Minucius Felix quod ad translationes potissimum pertinet poëtas sibi imitandos proposuit, sic etiam eruditionis rhetoricae indicia adeo prae se fert, ut nonnullis dialogi locis Ciceronem ipsum dicentem audire crederes.

Ac primum quidem huc referendae sunt nonnullae locutiones, quibus quaedam orationis amplificatio inest; quae pleonasmi speciem praebent, quod dicendi genus Africanis potissimum scriptoribus commune est. Cf. Eduard. Woelfflin. in libello, qui inscribitur »de latinitate Africani Cassii Felicis« pag. 426. »Darin stimmen alle überein, dass als eine charakteristische Eigentümlichkeit der afrikanischen Ausdrucksweise das Schwülstige zu betrachten sei. Zunächst fällt in die Augen eine pleonastische Häufung von Synonymen, die theils gar nicht, theils durch copulative oder disjunktive Partikeln verbunden sind.« cf. Carol. Sittl. l. c. pag. 100. »Bezüglich der Häufung synonymer Wörter sei noch erwähnt, dass auch drei Synonyma in Prosa nichts unerhörtes sind. Bei Minucius Felix findet man fast auf jeder Seite drei Verba zu einem Begriffe verbunden, vier stehen 16. 5. aegre se ferre, stomachari, indignari, dolere.«

Sic Minucius substantiva, adiectiva, adverbia, verba, quae fere unam eandemque rem significant, coacervavit et simul cum asyndeti figura coniuncta et cum asyndeto non coniuncta. cf. 1. 1. transacta et decursa 3. 3. crispis tortuosisqne erroribus 3. 3. fluctus relabens et vestigia retrahens 4. 3. angit et remordet oratio. 5. 6. insano atque inepto labori 8. 4. lucifuga et latebrosa natio 9. 2. vana et demens superstitio 9. 4. perditis sceleratisque 9. 5. caecis occultisque vulneribus 10. 2. occultare et abscondere 11. 2. adstruunt et adnectunt. 11. 2. cineres et favillas 11. 3. mortuis et exstinctis 13. 5. temere et audaciter. 16. 4. convincam et redarguam 16. 4. confirmata probataque 16. 4. in contrariis et repugnantibus 17. 2. prona in terramque vergentia. 17. 2. nec fas nec licet 19. 3. in hanc unam coire et conspirare sententiam. 20. 6. ritus moresque 22. 2. anxia et sollicita 23. 6. fulmina et fulgura 23. 8. figmentis et mendaciis 25. 1. insignis et nobilis 25. 5. insultare et inludere 25. 8. morbi et malae valetudines 26. 9. ad nutum et arbitrium

28. 3. defendendos et tuendos 29. 1. de castis et pudicis 31. 7. et perstat et perseverat. 32. 7. erras et falleris 37. 1. triumphator et victor 40. 3. laeti hilaresque.

5. 2. dubia, incerta, suspensa. 10. 3. unicus, solitarius, destitutus. 12. 2. egetis, algetis (cf. Sittl. l. c. pag. 97.) 12. 5. imperant, regnant. 12. 6. pallidi, trepidi, misericordia digni. 16. 1. errantem, vagam, lubricam sententiam 17. 2. cohaerentia, conexa, concatenata 17. 6. sentiri, perspici, intellegi. 18. 4. exculta, disposita, ornata. 25. 5. tenent, colunt, possident. 37. 4. uri, cremari. Adde quamquam etsi, (cf. Sittl. l. c. pag· 98.) proinde igitur, in hoc adeo, usque adhuc etc. Sed sufficiat; nam supra, cum de asyndeto ageretur, iam alia exempla allata sunt.

Huc accedunt nonnullae aliae locutiones, quae pleonasmi speciem prae se ferunt. 29. 7. tropaea victricia (cf. Sittl. l. c. pag. 95. »Dazu kommen verschiedene andere Arten des Pleonasmus, die, wenngleich den Africanern nicht ausschliesslich eigen, doch hier am häufigsten vorkommen. Verbindung eines synonymen Adjektivs und Substantivs.«) 5. 3. pertinaci diligentia perseverare. 5. 5. quae supra nos caelo suspensa sublata sunt. 6. 3. perpetuus tenor 13. 1. quisque vestrum tantus est, si potuerit, imitetur. 21. 2. utilitati hominum profuerunt. 33. 4. quod non sit iis ante praedictum. 34. 10. consuetudinem frequentamus 36. 8. inclyti floruerunt. Adde 5. 4. tot omnibus saeculis (cf. Terent. Andr. 1. 1. 28. plerique omnes Eun. 1. 2. 5. plus satis.)

Adiciam deinceps illud quod Carol. Sittl. l. c. pag. 92 sq. commemorat, quo loco de pleonasmo verba facit »Verbindung eines synonymen Genitivs mit einem meist abstrakten Substantiv. Fronto, Gellius, Tertullian haben sich von diesem Africanismus freigehalten, während Minucius Felix ihn anwendet: 12. 1. inritae pollicitationis cassa vota 28. 6. execrationis horrorem 2. 3. aviditas desiderii;« quibus exemplis addam 2. 3. frequens assiduitatis usus 3. 1. imperitiae caecitas 26. 8. error pravitatis 30. 1. fata vulnerum 35. 3. ignes fulminum 38. 6. nostri temporis aetate (cf. Propert. 1. 4. 7. et quascunque tulit formosi temporis aetas.)

Tum Hendiadys figura in Minucii dialogo a me investigata est his locis: (cf. Draeg. s. h. II pag. 14 sqq.) 1. 1. dulcedo et adfectio = dulcis adfectio 1. 4. in lucem sapientiae et veritatis = verae sapientiae 1. 5. convictus et familiaritas = familiaris convictus 8. 2. nomen et auctoritas 32. 5. vento et flatibus = flatibus venti.

Transeo ad anaphorae figuram, quam auctor, ut maiorem gravitatem orationi adderet, frequenter usurpavit. Cf. 5.12. nunquam mereretur Phalaris et Dionysius regnum, nunquam Rutilius et Camillus exilium, nunquam Socrates venenum. 6. 2. sic eorum potestas et auctoritas totius orbis ambitum occupavit, sic imperium suum — propagavit, dum exercent virtutem religiosam, dum urbem muniunt —, dum obsessi — colunt deos, dum — numina victa venerantur, dum undique hospites deos quaerunt, dum aras exstruunt — 7. 3. testis mater Idaea —, testes equestrium fratrum — statuae consecratae, testis ludorum offensi Jovis — iteratio, testis et Curtius —; 9. 5. huius — sanguinem lambunt, huius . . . . membra dispertiunt, hac foederantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur. 12. 3 cum periculo quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris. 17. 4. quid enim potest esse tam apertum, tam confessum, tamque perspicuum. 23. 13. ecce funditur, fabricatur, sculpitur, ecce plumbatur, construitur, erigitur, ecce consecratur, ornatur, oratur. 25. 3. quid inreligiosius, quid audacius, quid ipsa sceleris confidentia turpius? 27. 3. sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur. 32. 3. haec nostra sacrificia, haec Dei sacra sunt. 37. 1. cum Christianus cum dolore congreditur, cum adversum minas . . . componitur, cum strepitum mortis . . . . inculcat, cum libertatem suam . . . . . erigit . . . , cum triumphator et victor . . . . . insultat.

Atque etiam multa chiasmi exempla exstant apud Minucium simul cum asyndeti figura coniuncta. Exscripsi exempla haec: 5. 1. repudiaris alterum, alterum comprobaris 10. 5. omnium mores, actus omnium. 11. 1 minantur incendium, ruinam moliuntur. 19. 14. mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque fabricator. 23. 3. hic eorum paria composuit, sauciavit Venerem, Martem vinxit 24. 2. ridenda quam multa, quam multa miseranda. 32. 9. tenebris interest, interest cogitationibus nostris. 37. 10. fulgere purpura, mente sordescere 31. 5. casto sermone, corpore castiore.

Locos quibus chiasmus cum asyndeto non coniunctus est, enotavi hos: 3. 6. et procurreret longius et frequentius exsiliret. 21. 1. Dictaei Jovis et Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleusiniae. 26. 1. et paenitenter omissa et observata feliciter. 26. 7 et altius eruere et aperire manifestius. 27. 8. et odisse quem timeas et quem metueris infestare 40. 3. et inspiratus oravit et obtinuit adiutus.

Chiasmus et Parallelismus inter se permutantur locis his: 6. 1. Eleusinios Cererem, Phrygas Martem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos Belum, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium. 7. 6. cautelam periculis, morbis medelam, spem adflictis, opem miseris, solacium calamitatibus, laboribus levamentum. 19. 10. Junonem aëra, Jovem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum. 22. 1. gaudet Isis, exultant sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur. 25. 11. conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur. 37. 7. divitiis affluant, honoribus floreant, polleant potestatibus. 38. 6. cohibeatur superstitio, impietas expietur, vera religio reservetur (cf. Draeg. s. T. § 235 d.)

Parallelismum legimus: 5. 13. imbri corrumpitur, grandine caeditur. 8. 4. in publicum muta, in angulis garrula. 14. 4. et in incredibili verum et in verisimili mendacium. 21. 5. litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. 33. 3. de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges.

Epanalepsis occurrit 8. 3. quid homines — sustinebitis enim me impetum susceptae actionis liberius exserentem — homines, inquam, deploratae, inlicitae ac desperatae factionis grassari in deos non ingemiscendum est?

Iterationis exempla collegi haec: (cf. Rebling. l. c. pag. 16.) 3. 4. oram curvi molliter litoris iter fabulis fallentibus legebamus; hae fabulae erant etc. 3. 6. is lusus est testam teretem iactatione fluctuum levigatam legere de litore, eam testam . . . . super undas inrotare. 13. 4. quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et sectanda cunctatio? qui Simonides etc. (cf. Nep. Eum. 3. 3. Eumenes cum neque magnas copias neque firmas haberet . . . ; Eumenes igitur intellegebat.) 19. 4. sit Thales Milesius omnium primus, qui primus omnium de caelestibus disputavit; is autem Milesius Thales e. q. s. 26. 7. spiritus sunt insinceri, vagi, a caelesti vigore terrenis labibus et cupiditatibus degravati; isti igitur spiritus e. q. s.

Poro dicendum est de Hypallages figura, cuius exempla congessi haec: 2. 4. molli vestigio cedens harena pro vestigio mollis cedens harena. 29. 8. signo crucis ratio naturalis innititur pro signum crucis ratione naturali innititur 36. 7- corporis humana vitia pro corporis humani vitia 4. 1 hac spectaculi voluptate pro huius spectaculi voluptate.

Litotes legitur 9. 2. non insolens stuprum. Anacoluthon legimus 9. 6. et de convivio notum est (passim omnes locuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio) ad epulas sollemni die coeunt

cum omnibus liberis, sororibus, matribus e. q. s.; exspectes eos ad epulas sollemni die coire. Constructione ad synesim usus est Minucius: 12. 2. ecce pars vestrum et maior, melior . . . egetis, algetis 17. 2. quod ipsum explorare et eruere sine universitatis inquisitione non possumus, cum ita cohaerentia, conexa concatenata sint e. q. s. da es (sc. das Weltall universitas) so aneinander gehängt, geknüpft, gekettet ist u. s. w. 17. 2. praecipue cum a feris beluis hoc differamus, quod illa prona in teramque vergentia nihil nata sunt prospicere nisi pabulum.

Lusum in verbis captat locis his: 8. 5 miserentur miseri. 8. 5 mori post mortem 9. 6. sacra sacrilegiis 10. 2. aut puniendum est aut pudendum. 26. 8. perditi iam perdere 26. 8. depravati errorem pravitatis infundere. 27. 2. et falluntur et fallunt.

Quod ad graecismos attinet, nonnulla ad illos pertinentia iam suo loco memoravi. Qua de re dicit Carolus Sittl. l. c. pag. 110 his fere verbis: »Die Afrikaner wagten die grössten Gräcismen. Denn die hellenistische Strömung erstarkte in der Kaiserzeit eher als dass sie abnahm. Namhafte Schriftsteller, Annaeus Cornutus, Fronto, Apuleius, Tertullianus bedienten sich oft der griechischen Sprache. Daher kein Wunder, dass auch Min. Felix dies thut.« (cf. Herm Roensch. l. c. pag. 438.)

Restat ut de rhetoricarum transitionum et praeteritionis formis, quas adhibuit Minucius Felix in dialogo suo, pauca dicam.

Quid praecedit et statim subsequitur id, in quovis sententiae posita est. quid? nonne 15. 4; 17. 7; 18. 2; 19. 2; 19. 8; 22. 5; 26. 12; quid? non 24. 4. quid? quod 11. 1; 18. 11. quid igitur 16. 3. quid dicam 17. 6. quid loquar 5. 10; 17. 10; 23. 7. Adde »iam venio« 26. 1. Exemplis vel argumentis enumerandis inserviunt hae formae, in quibus insunt vigor atque calor orationis.: aspice 17. 9. intende 17. 9; 7. 5. intuere 17. 9. vide 17. 5; 18. 7. lege 20. 1. relege 33. 4. considera 22. 1 specta 7. 2. ecce 5. 13; 12. 2. 13. 12. testis est 7. 7. Praeteritionis formas legimus has: 18. 1. longum est ire per singula 19. 4. omitto illos rudes et veteres 21. 9. otiosum est ire per singulos 10. 1. multa praetereo consulto 11. 5. multa ad haec suppetunt, ni festinet oratio 12. 4. sed omitto communia. 7. 5 omitto vetera quae multa sunt 7. 5. neglego carmina poëtarum 7. 5. fata transilio. 33. 4. ut transeamus veteres.

Corrigenda.

Pag.	12	v	3	pro	in exploratis	lege »inexploratis«
„	13	„	2	„	Pronomiana	„ »Pronomina«
„	13	„	30	post	utrisque omissum est »proximus«	
„	14	„	29	„	mentem omissum est »modo animum«	
„	16	„	10	„	omittenda sunt v. »in Vergil. Aen. Pont.«	
„	18	„	3	pro	28. 8.	lege »28. 7.«